

|| CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE, //

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,

CONSILIO

|| 22 ||

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

THEOPHYLACTUS SIMOCATTA.
GENESIUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIV.

1334

**THEOPHYLACTI
SIMOCATTAE
HISTORIARUM**

LIBRI OCTO

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIV.

IMMANUELIS BEKKERI

PRAEFATIO.

Theophylacti Simocattae historiam Mauricianam cum bis editam accepissem, primum ab Iacobo Pontano, viro in sua societate non indocto, deinde a Carolo Annibale Fabrotto, cuius nec doctrinam magnopere laudaris nec diligentiam, ipse quia et codicibus carebam manuscriptis et parum assueram generi illi dicendi, quo plane mirifico utitur scriptor ad exemplar antiquitatis ineptissime expressus, satis habui si universa scribendi et interpungendi ratione ad sanitatem propius revocata manifestos duntaxat scribarum typothetarumque errores corrigerem: eos enim nimis multos ab Ingolstadiensi editore (I) transmissos Parisiensis (P) secure propagavit et auxit. addiderat Fabrotus glossarium sive vocum aliquot explicationem: id sesquifolium post Meursii et Ducangii in eodem ge-

nere operam nihil admodum habebat utile. Pontani quoque reccidi annotationes quippe pueris scriptas. eiusdem versionem Latinam non dubitavi refingere, sicubi aut a sententiae veritate aut a sermonis puritate longius videretur declinare.

Scrib. Berolini Idibus Nov. a. 1833.

IACOBI PONTANI DEDICATIO.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

D. M A X I M I L I A N O,

UTRIUSQUE BAVARIAE DUCI, PALATINO
RHENI, ETC.

Munus quoddam historicum, ipso genere unum, expositione bipartitum, MAXIMILIANE PRINCEPS, ad te mitto. de imperio et imperatoribus Orientis scriptores hi ambo memorant, de Mauricio Tiberio quidem prior, ut longior, ita quoque gravior et illustrior; de Palaeologis Comnenis posterior, ut chronographus, contractior. inter illius et horum tempora aliquot saecula fluxerunt, anni propemodum septiugenti; id quod narrationum in uno volumine coniunctionem impedire non debuit, quando uni eidemque imperio praefuerunt, Byzantiumque novam Romam, ut Constantinus Magnus appellare voluit, sedem ac domicilium habuerunt, et quae commemorantur ab utroque, ad idem imperium eandemque civitatem spectant. Florebant res et stabant incolumes adhuc sub Mauricio principe potentissimo. deflorescebant et accidebantur potissimum sub Palaeologis, cum Osmanidae sive Turcarum reges, nominis et maiestatis Christianae infestissimi, semper aliquod tanquam membrum de ingenti et praeclarissimo corpore avellerent, donec tandem numine connivente fortunatissimam illam augustissimamque urbem, re vera caeterarum urbium βασιλίδα, reginam ac dominam, acerrima oppugnatione diu vexatam in potestatem adduxerunt; atque ita corporis quod dixi, velut speciosissimum caput, aut intima eius viscera atque adeo cor ipsum

immanissime avulserunt. quod ut gestum sit, a **PROTOVESTIARIO** nostro, qui praesens interfuit, diligentissime et ad fidem accommodatissime descriptum invenimus. in utraque historia, ut hoc loco ad illarum commendationem nihil praeterea ponam, summam rerum humanarum mobilitatem ac vicissitudinem, et quod est apud Flaccum, hic apertissime intueri licet:

— *valet una summis*
Mutare, et insignem attenuat deus,
Obscura promens. hic apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic potuisse gaudet.

Ex quanta felicitate Ormisdas Persarum rex (nam de rebus quoque Persicis multa Theophylactus narrat) et Chosroes filius eius in quantas aerumnas devoluti sunt? quam flebilis est Mauricii exitus? quam miserabilis Palaeologorum conditio, qui auxiliaria Latinorum arma toties incassum implorarunt? Persae Varanum, Mauricius Phocam, Constantinus VIII, qui ex familia Palaeologina extremus et parum diu imperavit, Mahometem II, tyrannos crudelissimos pertulerunt.

Quare principibus nihil tutius, nihil salutaris, quam ab uno et unico deo pendere semper, cuius est regnum, et cui voluerit, dabit illud; nihilque perinde in omni vita carum habere ut pietatem ac religionem, cuius in te ipso, **MAXIMILIANE**, ut item in sanctissimis parentibus ac maioribus tuis, exempla multa et singularia vidimus, legimus, audivimus; quemadmodum et virtutum reliquarum, quibus principes Christiani plusquam diadematis, auro et lapillis, stipatorumque magnis catervis et omni demum honorum genere exornantur. in his elucet inprimis domus vestrae clarissimae erga religiosos viros amor ac liberalitas, qua cum **SOCIETAS** nostra plurimum usa sit utaturque quotidie, et pars illius etiam ad Augustanum hoc Collegium dimanaverit, et nos quoque tua tuorumque successorum praesidia subsidiaque nobis polliceri possimus, facere non potui quin ad testificationem grati ac memoris animi hoc quidquid est voluminis tibi inscriberem; cum praesertim ex nobilissima bibliotheca tua codices Graecos plures hactenus mihi et

quibusdam ordinis mei suppeditaveris, ut hoc etiam modo nomine studiosorum omnium, qui his et aliis interpretationibus nostris nostrorumque legendis profecerunt aut proficient, tibi gratias agere videar, cum thesauros tales latere et absconditos esse amplius nolueris. quod restat, etiam atque etiam oro, PRINCEPS SERENISSIME, ut labores hosce tibi pie dedicatos ne spernas, Societatemque nostram omni benevolentia comprehendere ne desistas. Augustae Vindelicorum, anno MDCIV, pridie Kal. Maias.

IACOBI PONTANI
PRAEFATIO AD LECTOREM
DE AUCTORE HUIUS HISTORIAE,
DE SCRIPTIS EIUS, DE SYNOPSISIBUS
IN EUM PHOTII CONSTANTINOPOLITANI.

Theophylactus Simocatta (sic enim .malo quam Simocattus; idque cum Suida, apud quem est *Σμοκάττης*) in Aegypto natus est, ut ipse liquido indicat lib. 7 cap. 16 extremo, cum de fluminis Nili incremento et inundatione disputationem longiusculam texere incipit. natus est autem loco non ignobili, ut coniecturam facinus, quandoquidem Petrum Aegypti praefectum se cognatione attingere affirmat, lib. 8, ubi Mauricii miserabilem interitum exponit ac deplorat; et ipse quoque honores gessit, quod statim docebimus. atqui scimus regendis praesertim provinciis, ut non imprudentes viros, sic etiam non humiles ac plebeios praeponi solere. ex dialogo, quem historiae suae praefigit, adultis Mauricii temporibus in lucem editum suspicor; et id multo magis ex cap. 17 lib. 2 colligo, ubi se de illius rebus audiisse a senibus narrat, quia scilicet puerilem aetatem agebat. sub Heraclio, qui Phoca interfecto imperium pene triginta annis tenuit (ab anno Christi 612 ad 640 scilicet), et Sergio patriarcha Constantinopolitano eum floruisse historiamque istam conscripsisse, ex eodem dialogo certo certius constat, similiterque ex cap. 12 lib. 8, ubi se, Phoca e medio sublato, scripta a se de Mauricii necce populo e superiore loco recitasse eumque ad lacrimas commovisse narrat. Photius

ἀπὸ ἐπάρχων ex praefectis nominat. praefecturam itaque, nec civitatis sed provinciae potius alicuius, administravit. ab eodem ἀντιγραφεὺς dicitur; quod quidam putavit reddendum *Scripturarius*. Scripturarii, inquit Nonius, apud veteres fuerunt quos nunc tabellarios dicimus, quod scriptis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius: *publicarum rerum assuefiam, ut scripturarius*. unde historiam nostram liceret appellare: THEOPHYLACTI SIMOCATTAE EXPRAEFECTI ET SCRIPTURARII *). sed Budaeus in Pandect. ἀντιγραφεὺς interpretatur OBSERVATOR COACTORUM, id est, eorum qui pecuniam colligunt ad principem aut rem publicam pertinentem, qui Graecis ἀποδέκται, nostratibus receptores particulares, Ciceroni pro domo sua, et alibi, custodes; ubi forsitan *coactorum* subaudiendum est. magis igitur inscriptio placuit, EXPRAEFECTI ET CUSTODIS COACTORUM. Suidas σοφιστὴν appellat, id est, hominem doctum ac sapientem, ex eoque et verba explanat et locos integros adducit.

Ingenium eius mite inprimis et φιλόκαλον, ut etiam doctrinam non vulgarem, scripta ipsa testantur ac produnt; quorum alia sunt epistolae, alia quaestiones naturales, alia historica. verum nos duobus prioribus generibus in praesens praetermissis, de historia, quam in manibus habemus, age, pro recepto interpretum more disseramus. de qua primum omnium audiendus est Photius, cui cum summa cruditioe summi quoque iudicii intelligentia tribuitur. ἡ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μέν τι χάριτος· πλήν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακορῆς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλλίαν ἀποτελευτᾷ· οὐ μὲν ἄλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ παρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. τὰ δ' ἄλλα οὐτὶ ἐς μῶμον ἦκει. *dictio eius lepore ac venustate non caret. verumtamen modificatarum vocum et allegoricorum sensuum nimis crebra usurpatione, cum fastidio legentium, tandem friget et iuveniliter ineptit oratio. quin*

*) Interpres Hist. Trip. retinuit Graecum verbum lib. 9. Auct. Hist. Misc. lib. 13 Latine scripsit antigrapheus. sic enim ibi leg. et Idatius in praefatione Chronici. alii contrascriptorem vertunt. vide Salm. ad Hist. Aug. scriptores p. 480, 481 et 485.

etiam intempestiva sententiarum intermissio diligentiam nimis curiosam et supervacaneam olet. caetera in reprehensionem non cadunt. huic iudicio et nos suffragamur, dictionisque elegantiam ex tropis, tum iis qui in uno verbo tum iis qui in oratione cernuntur, magnam partem a Simocatta quaesitam, et comparatam concedimus. tropi autem ut rariores ornatum, sic frequentiores non solum satietatem et ineptiam, sed insuper obscuritatem pariunt. recensere huiusmodi tropos hoc loco nihil attinet, cum res perspicua sit, de qua loquimur. est et aliunde parum nonnunquam dilucidus hic auctor, ut interpretem etiam me eruditorem pudere non debeat id candide confiteri. quod de sententiis non opportune insertis queritur Photius, id aliquando factum a Simocatta non memini. curiose quidem et fortasse plus satis diligentem alicubi non negaverim, et in sententiis quoque crebrum esse fateor: nec ob id diem illi dicendum puto. invenitur praeterea aliquanto verbosior, quod Photium praeteriisse miror; et idem vel continenter repetit, vel pluribus quam opus est dicit. sed enim haec tria a reprehensione haud aliena multis laudabilibus egregie compensat. est quippe rebus illustris et magnificus; tametsi non omnia Mauricii, sed bella cum Persis potissimum, nempe quinque libris prioribus, persequitur: reliquis tribus adversum Abares et Sclavinos sive Sclavos gesta, necnon funestum eius exitum complectitur. magnam habet casuum varietatem, quae legentes mirabiliter retinet. genus scribendi, si totum simul universe spectemus, sane elaboratum, prudens, grave, iucundum, disertum, planeque oratorium. affert ad vitam humanam ex rerum vicissitudine ac mutatione quam rectissime instituendam documenta utilissima, eo siquidem fine potissimum historia textur, ut aliorum exemplo velut in speculo, quid in moribus nobis sectandum fugiendumve sit, contemplemur. nec lectorem suum tantummodo meliorem sed etiam doctiorem dimittere studet; et cum alios summi ordinis scriptores, tum Homerum se non oscitanter legisse ostendit. multa nihilominus particulatim laudari in hac historia Mauriciana possunt, ut descriptiones montium, fluminum, castellorum, locorum, pugnarum, rituum; orationes partim sacrae, partim civiles, partim militares, sententiis ornatissimae ac robustissimae et omnino elo-

quentissimae; similitudines ad illustrandum accommodatae; multa prudenter dicta, multa pie explicata. si igitur historia quoquo modo scripta delectat, haec historia scripta ad hunc modum necesse est multo amplius delectet; in cuius contextu Graeco innumeris locis emendando et interpungendo nos etiam atque etiam maioremque in modum laborasse credas velim.

Iam vero Photius, qui in iudicio de hac historia ferendo acutum se praebuit, in synopsisibus seu argumentis singulorum librorum conficiendis parum accurate fideliterque versatus est. haud enim ipsemet ex lectione et memoria illas composuit (quod multis iam persuasum opinor, qui Theophylactum nostrum nondum viderunt et Photianam Bibliothecam evolverunt) sed lemmata seu summulas sectionum, ab aliquo lectore aut librario inductarum, et in vestibulo totius operis, ut mos est, simul ordinatim positas, ut invenit, ita in octo fasciculos constrinxit, ac nihil pene a se animadversum intericiens, alienum laborem pro suo nobis obtrusit et fucum fecit. cum autem lemmata illa nunc imperfecta sint, nunc minus quam pro re contineant, nunc plus contineant, nunc ab ordine rerum narratarum discrepent, nunc falsa sint, haec omnia vitia in epitomis Photianis acque reperiuntur. quibus nos tollendis operam dantes, epitomas ad ipsam narrationis integritatem, seriem veritatemque accommodavimus; quod facile perspiciet, qui periochas istas sive argumenta sive synopses, ut nobis placuit appellare, cum iis quae apud Photium leguntur conferre voluerit. quamobrem etsi eius nomen in his omittere sine piaculo poteramus, ne tamen quispiam recognitionis seu emendationis nostrae ignarus aut nos tam nobilem scriptorem nondum vidisse admiraretur, aut illi gloriam suam invidisse opinaretur, synopsisibus singulis Photii patriarchae, immo pseudopatriarchae nomen praeposuimus. in capita unumquemque librum nos primum nostrum secuti iudicium divisimus, et suum cuique argumentum praescripsimus.

DE INSCRIPTIONE HUIUS HISTORIAE.

Libros hosce *οικουμενικῆν ιστορίαν* non ab ipso historico, sed ab aliquo ipsius studioso lectore aut librario inscriptos existimo, quod observarim vetustos scriptores de titulis monumen-

torum suorum sive de inscriptionibus adeo parum fuisse sollicitos, ut eos saepe omiserint. in quo posteris errandi, ne dicam ineptiendi data est occasio. splendida sane appellatio, et quae universam quandam orbis seu rerum per orbem gestarum explanationem polliceri videatur, cum tamen nonnisi Mauricii res, neque illae omnes hoc volumine explicantur, multa siquidem etiam alibi et in Occidente et in Italia praecipue gessit. quid ergo? arbitror inventorem huius inscriptionis ad ipsum imperatorem, qui tum nullo alio Occidentis imperatore *οικουμενικὸς* dici vere potuit, respexisse, ut non tam oecumenica quam oecumenici historia nominanda videatur. nos ut omnem ambiguitatem obscuritatemque fugeremus, simpliciter nec falso, et quod satis est, historiam Mauricii imperatoris inscripsimus, non impediētes, si quis nihilominus *οικουμενικὴν* voluerit appellare.

QUI RES MAURICII PERSCRIPSERINT.

Quaquam de hoc magno et illustri imperatore complures scripserunt, duos tamen potissimum laudandos caeterisque sine ulla controversia longissime anteposendos video, Evagrium, omnium antiquissimum et ipsius Mauricii aequalem, cuius extant libri historiae ecclesiasticae (qui cum nonnisi ad duodecimum eius annum pervenerit, apparet ante illum vita excessisse: Mauricius quippe annis viginti imperio praefuit), et Theophylactum hunc nostrum, qui proxime secutus est Evagrium, scripsitque regnante Heraclio Phocae successore, et scripsit ex instituto libris 8 historiam Mauricii, accuratissime et elaboratissime, ut videbis. ex quo tanquam flumine caeteri rivos suos deduxerunt, inprimis Theophanes, qui, quod Iustinus Trogo Pompeio et Xiphilinus Dioni, hoc ipse Simocattae fuit: compendium enim quoddam confecit, et id Anastasius Bibliothecarius interpretatus est pene totum. Paulus Diaconus in Miscella, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus Callistus. omnes isti suas narrationes hinc derivarunt, secundum Theophanem Nicephorus potissimum. verum nos dulcius ex ipso fonte bibamus. multo enim apud nostrum omnia copiosius et diligentius (tametsi non sine digressionibus, sed utilibus et iucundis) explicantur. et gratia magna Nobili ac Magnifico D. Ioanni Georgio

Herwardo ab Hohenburg, Serenissimi principis Bavariae consiliario intimo et inelytorum statuum Bavaricorum cancellario, cuius cura et impulsu factum est ut edito catalogo codices Graeci manuscripti bibliothecae Bavaricae cum doctis viris aliquando ad publicam utilitatem communicarentur. in quibus hunc diutius iacere in tenebris non oportuit.

DE OMISSIS A SIMOCATTA.

De caeteris a scriptore hoc in Mauricii rebus praetermissis, et quia perpauca et quia non magni momenti sunt, nihil dicam. illa a reliquis omnibus posita et narratione ac scitu dignissima, quare tacuerit (ignorare enim ea non potuit) coniectura indagemus licet, crudelitatem in captivorum duodecim millia, quos cum non ita grandi pecunia redimere potuisset (non enim plus nummo aureo in caput constituebat Chaganus, immo dimidium), ex avaritia noluit, atque ita ut omnes ad unum inactarentur in causa fuit. et displicuit hoc verbum coram domino. quamobrem per quietem se ad Christum iudicem citari et accusari a captivis vidit. interrogatusque hicne an in futura vita pretium sibi pro scelere vellet reddi, hic hic, misericors domine, respondit. tum iudex, tradite illum Phocae cuin uxore et liberis. expectatus Philippicum sororis maritum repente accersivit; et quoniam cum tyrannidis suspectum habebat ideoque in carcerem coniecerat, in genua procidens veniam ab eo petivit. haec a Theophane fusius exponuntur. perstringit ea duntaxat Nicephorus lib. 18 cap. 38.

DE LIBERTATE AUCTORIS IN APPELLATIONIBUS.

Monendus mihi es, bone lector, Theophylactum in Persis et Perside nominandis esse copiosum et varium. nominat enim illos etiam Babylonios, Parthos, Medos, Chaldaeos, barbaros; hanc Medicam et Babyloniam (quo vocabulo et Seleuciam, regiam sedem, aliquoties intelligit: nam et Babylonia dicta est), sive poetas imitans, qui vicinorum nominibus in appellandis locis et gentibus utuntur; sive quia olim sub eadem monarchia omnes fuerunt; sive quia alii ex aliis descenderunt et alii post alios rerum potiti sunt. cui rei probandae faciunt illa verba legati Chosroae regis Persarum ad Mauricium imperato-

rem lib. 4 cap. 13: ἢ οὐκ ἐκ Βαβυλωνίων Μῆδοι, ἐκ δὲ Μήδων οἱ Πέρσαι, μετὰ δὲ τούτους οἱ Πάρθοι, ὥσπερ τινὲ ἀκολουθία διαδοχῆς τὴν Χαλδαίων εὐδαιμονίαν ἐκτήσαντο; *annon e Babylonis seu Assyriis Medi, ex Medis Persae, ex his Parthi, quasi quadam consequenti successione Chaldaeorum opes acquisiverunt?* poëtas autem uti vicinorum nominibus in gentibus et populis appellandis, atque adeo in Persis, de quibus agimus, testis locuples erit Horatius, apud quem etiam Medi et Parthi, plane sicut a nostro Simocatta, nominantur. ab historicis Graecorum quoque bellum Graecis a Xerxe illatum τὰ Μηδικὰ saepe dicitur. Abares etiam modo Scythas, modo Hunnos, modo Turcas vocat. nos Persarum et Persidis nomina ad vitandam ἀμφιβολίαν et confusionem lectorum, ubi sensus patitur, ubique retinemus. interdum Romanos (hoc est Graecos), qui a temporibus usque Constantini M. propter imperii sedem in Orientem translata ita coepti sunt nominari, ut annotationibus in Cantacuzeni historiam docuimus, etiam Latinos appellat. caetera quae te scire volo, in notis exspectato.

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΤΑ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι



P H O T I I
I N T H E O P H Y L A C T U M
S U M M A R I A
C O D . L X V .

*Ανεγνώσθη Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπύρχων καὶ ἀντιγραφῆς
ιστοριῶν λόγοι ὀκτώ. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Θεοφύλακτος τῷ γένει
Αἰγύπτιος. ἡ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μὲν τι χάριτος, πλὴν γε
δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακο-
5 ρῆς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀπο-
τελευτῆ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ πα-
ρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. τὰ δ' ἄλλα
οὐ τι ἐς μῶμον ἦκει. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ Μανρικίου,
καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Φωκῆ ἀναρρίσιως. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ
10 λόγῳ διέξεισιν ὅπως ὁ Μανρικίος ὑπὸ Τιβερίου τοῦ βασιλέως
ἀναγορεύεται βασιλεὺς, Ἰωάννου κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Κων-
σταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας προεστηκότος. ὅσα τε εἰς νοθε-
σίαν εἶπε Μανρικίου, Ἰωάννη τῷ κυλιστρῆι χρώμενος ὑπουργῶ*

Lecti sunt Theophylacti expraefecti et scribae octo libri histo-
riarum. est hic Theophylactus domo Aegyptius. dictio illius Veneris
aliquid habet, nisi quod figuratis vocibus et allegoricis sensibus potide
nimis ac frequenter ad satietatem usus in frigiditatem quendam et iu-
veniles ineptias delabatur. veruntamen et sententiarum illa interiectio mi-
nus opportuna diligentiam arguit, et curiosam et supervacaneam. cetera
bonus in reprehensionem non incurrit. auspicatur a Mauricii imperio et
usque ad promulgationem Phocae successoris eius narrationem pertexit.
percenset primo libro, quo pacto Mauricius a Tiberio renuntiatus sit
imperator, Ioanne id temporis ecclesiam Constantinopolitanam admini-
strante; quaeque eundem inauguraturus admonuerit, interprete adhibito
Ioanne quaestore, quem ut cum ad Mauricium tum ad populum coram

τῶν λόγων, δε πρὸς τε αὐτὸν Μαυρίκιον καὶ τὸν δῆμον τὴν ἐν τῷ λόγῳ πρῶξιν ἐτάχθη πληροῦν τοῦ βουσιλέως. ὅπως τε αὐτῷ τὴν θνητάρα κατενεγύησεν, ὅπως τε τῇ ὑστεραία τῆς Μαυρικίου ἀναρρήσειως ἐτελεύτησε, καὶ ὡς πρὶν ἢ τελευτῆσαι αὐτὸν εἶδεν ὄψιν λέγουσαν αὐτῷ “τάδε σοι, Τιβέριε, τὸ τρισύγιον λέγει· 5 οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοι.” ἦν δ’ ἄρα ἐκεῖνα τραγωδίως τινὸς προαγόρευσις τῆς ἀνὰ τὸν παλαμναῖον Φωκῶν ἀνοσιουργοῦ τυραννίδος. ἔτι δὲ καὶ ὡς πρὸς Ἀβάρους ἤδη μικρῷ πρόσθεν τὸ Σίρμιον πολιορκήσαντας Μαυρίκιος σπονδὰς ἔθετο, ἀν’ ἔτος ἕκαστον τοῖς βαρ- 10 βάρους συνθίμενος ἐγκαταβάλλισθαι δι’ ἐμπορείας ἀργύρου τε καὶ ἐσθῆτος χρυσοῦ χιλιάδας π’. αἱ μέχρις ἐνιαυτῶν δύο διήρκεισαν, ὑπὸ τῆς βαρβυρικῆς ἀπληστίας λυθείσαι· εἴκοσι γὰρ χιλιάδων χρυσοῦ ὁ βάρβυρος προσθήκην ἐζητεί. ἐξ οὗ λύσις γέγονε τῶν σπονδῶν. καὶ ἀλίσκεται ὑπὸ τῶν βαρβύρων Σιγγιδῶν 15 ἡ πόλις καὶ Ἀγούστα καὶ τὸ Βιμινάκιον, πολιορκεῖται δὲ καὶ Ἀγχιάλος πόλις. καὶ πρεσβεύονται Ἑλπίδιος καὶ Κομεντίολος Ῥωμαίων πρέσβεις πρὸς τὸν τῶν Ἀβάρων Χαγάνον, καὶ ἀτιμοῦνται, ἅτε δὴ Κομεντιόλου παρρησιασπαμένου πρὸς τὸν βάρβαρον. τοῦ δὲ ἐπιγενομένου ἔτους πάλιν Ἑλπίδιος πρὸς τὸν Χα- 20 γάνον διαπρεσβεύεται ἐπὶ τῷ καὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας προστεθῆναι. καὶ λαβὼν Ταργίτιόν τινα ἀπὸ τῶν Ἀβάρων ἐς Βυζάντιον ἦκεν. ἐπεὶ δὲ οἱ βάρβαροι πολλὰ τῶν Ῥωμαίων ἐληΐζοντο, Ταργίτιος εἰς Χαλκίδα νῆσον ἐξορίζεται, μηνῶν ἕξ τῇ ἔξυρίᾳ παρα-

praesentem nomine suo verba faceret, ipsemet delegerat. quomodo eisdem Mauricio filiam suam desponderit, ac postera luce e custodia corporis evolarit. quale visum ante mortem ei oblatum, istanc vocem dederit, “Haec tibi, Tiberi, ter sanctum numen dicit, tyrannica impietatis tempora te imperante non venient.” erant haec nimirum alicuius tragoediae, calamitatisve praenuntia; nempe tyrannidis, quam sceleratus, et cruentus ille Phocas arripuit. praeterea quemadmodum cum Abaris, qui non ita pridem Sirmium ditioni suae subdiderant, Mauricius foedus composuerit, pactus, in annos singulos siadem octoginta millia in veste et argento a mercatoribus soluturum. verum pensio ista ne ad biennium quidem cupiditati et avaritiae barbarorum satis fuit, siquidem Chaganus eorum princeps, uti vicena millia adiace-rentur postulavit. eo postulato reiecto foedus infirmatur. Singidon, Augusta, Viminacium urbes subiguntur. Anchialo oppugnatio admovetur; Elpidius et Comentiolus ad Chaganum legati indigne accipiuntur, quod hic videlicet hominem liberius compellaverat. anno ab hoc altero Elpidius iterato ad Chaganum super vicenis aureorum millibus addendis mittitur, et cum Targitio quodam ex Abaris Byzantium redit. Comen-

ταθέντων. στρατηγὸς δὲ αἰρεθεὶς Κομεντιλὸς κατὰ Σκλαβήνων ἠνδραγάθησε. καὶ ὅπως πάλιν ὁ Χαγάνος τὰς σπονδὰς συγγεῖ-
καὶ περὶ Βουκολόβρα τοῦ μάγου. πόρθησίς τε πλείστων πόλειων
'Ρωμαϊκῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. εἶτα τὸν πόλεμον διέξεισι τῶν
5 Περσῶν καὶ 'Ρωμαίων τὸν ἐπὶ τὸν Νυμφίον ποταμὸν, τὸν τε
γάμον Μαυρικίου καὶ Κωνσταντίνης τῆς Τιβερίου θυγατρὸς.
διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ γενομένου ἱμνησμοῦ, ὃς ἐν τῷ
φόρῳ κατὰ τὰ προοίμια τῆς βασιλείας Μαυρικίου συνέβη, καὶ
περὶ τῆς ἀναιρέσεως Παυλίνου τοῦ γόητος, καὶ περὶ τοῦ θαύμα-
10 τος τοῦ κατὰ τὴν κόγχην Γλυκερίας τῆς μάρτυρος, ὃπως τε
'Ιωάννης ὁ πατριάρχης, φιλανθρωπότερον δοκοῦντος ἔχειν τοῦ
βασιλέως, αὐτὸς πυρὶ παραδοθῆναι τὸν γόητα δισχυρίζετο, πα-
ρυσφαίων τῷ λόγῳ καὶ τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν. καὶ ὅτι Παυλί-
νός τε καὶ ὁ παῖς, κοινωνὸς ὢν τῆς ἀσεβείας, τὴν ἐπὶ θανάτῳ
15 ἀπήχθησαν, ἕξιψε τὸν βίον καταστρεψύμενοι. ἔτι τε περὶ τῶν
'Αφούμων καὶ 'Ακβῦς τῶν φρουρῶν. ἱμπεριέχεται δὲ τῷ λόγῳ
μάχῃ 'Ρωμαίων καὶ Περσῶν, καὶ ὅπως ὁ 'Ιωάννης καταστρατη-
γεῖται ὑπὸ τῶν βαρβάρων. ἔτι δὲ καὶ ὁ μέγας σεισμὸς ὁ γενομέ-
νος κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναγορεύσεως Μαυρικίου, καὶ περὶ τῆς
20 ὑπατείας αὐτοῦ. ὃπως τε Φιλιππικὸς ὁ ἐν' ἀδελφῇ τοῦ βασι-
λέως Γορδία γαμβρὸς τῆς ἐφίας δυνάμεως προχειρίζεται στρατη-
γὸς, καὶ αἱ ἀνδραγαθίαι αὐτοῦ, ἀναχώρησίς τε ἐκ τῆς Μηδικῆς
τῶν 'Ρωμαίων. καὶ ὃπως ἀνδρῶν τὸ 'Ρωμαϊκὸν ἐκινδύνωσεν,
ὅπως τε τὴν Ἀρζανητὴν χώραν ὁ 'Ρωμαίων στρατηγὸς προνομή

tiolus contra Slavinos sive Slavos dux creatus rem cum virtute gerit. Chaganus propter Barcolabram magum foedera denuo confundit. cum-
que Abares complura Romanorum oppida depopularentur multisque locis
vastitatem inferrent, Targitius in insulam Chalcitidem ad semos menses
relegatur. Romanorum Persarumque ad Nymphium flumen conflictus.
Mauricium inter et Constantinam Tiberii filiam nuptiarum sacra obena-
tur. in ipso primordio imperii Mauricii exortum in foro incendium.
miraculum conchae seu pelvis Glyceriae martyris. Paulinus praesti-
giator deprehenditur. imperatore ad clementiam propendente, ut appa-
ret, Ioannes patriarcha veneficum rogo cremandum instat, dictaque ver-
bis Apostolicis confirmat. Paulinus in crucem tollitur: eius filio impietatis
consorti caput a cervicibus abscinditur. de Aphumis et Aebas
castellis. Persarum et Romanorum certamen. Ioannes dux astu militari
victus. Mauricio imperium occipiente horribilis terraemotus. eiusdem
consulatus. Philippico imperatoris sororis (Gordiam quippe filius ger-
manam habebat in coniugio) orientalium copiarum praefectura mandatur.
Eius egregia facinora. Romanorum e Perside abitio. sitis immensitate
propemodum extinguuntur. captivos trucidant. Arzanenam regionem

παραδέδωκεν, ἀριστεία τε τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅπως τὰ κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν ὁ Περσῶν στρατηγὸς κατεπόρθησε. πρεσβεία τε Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους πρώτη καὶ δευτέρα. ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ.

2. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ διαλαμβάνει περὶ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰζαλά, περὶ τε τῆς κατὰ τὸν Καρδαρηγᾶν τὸν τῶν Περσῶν στρατηγὸν ἀλαζονείας. ὅπως τε Φιλιππικοῦ τε καὶ Ῥωμαίων πρὸς τὸν Καρδαρηγᾶν καὶ Πέρσας μάχῃ περὶ τὸ Ἀρζάμων συνέστη, καὶ ὅπως ὁ Φιλιππικὸς τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα φέρων περιεῖρει καθαγιαῖζων τὸ στράτευμα, καὶ ὡς νίκη ἐπιφανεσιτύτη τότε Ῥωμαίων ἐγένετο, ὅπως τε ἡ ἀχειροποίητος πρὸς Συμειώνην τὸν ἐπισκοπον Ἀμίδης μετὰ σεβασμιότητος ἀποστέλλεται. σκυλεύεται δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων τὸ βάρβαρον, καὶ φεύγει ὁ Καρδαρηγᾶν ἐπὶ τὸ Δαυρίς, καὶ ὅπως οἱ Δαρηνοὶ ἀπὸ τοῦ ἕστεος αὐτὸν ἀποπέμπονται διὰ τὸ κατὰ κράτος ἠττηθῆναι. ὅπως τε ὁ Ῥωμαίων στρατιώτης τὸ σῶμα κατετέρωτο· ἦν δὲ τῆς τῶν Κουαρτοπόρθων τάξεως, οὕτω καλουμένων τῶν ἐν Βεροία πόλει τῆς Συρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων. περὶ τε τῆς ἐπιστρατείας Ῥωμαίων κατὰ τῆς Ἀρζανητῆς, καὶ ὅπως Μαρουθῦς καὶ Ἰώβιος οἱ ἡγεμόνες αὐτῆς αὐτομολοῦσι πρὸς Φιλιππικὸν καὶ Ῥωμαίους. καὶ περὶ τῆς ἰδιωτικῆς δυνάμεως τῆς συναθροισθείσης ὑπὸ τοῦ Καρδαρηγᾶν εἰς τὸ ἔξαπατῆσαι Ῥωμαίους. καὶ ὅπως Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατὴρ ὑπὸ τοῦ Φιλιππικοῦ ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πολεμίων ἀποσταλεὶς παραδόξως διασώζεται. καὶ περὶ Ζαβέρτα τοῦ Πέρσου, καὶ ὅπως τῆς τῶν Χλομαρῶν πο-

militi depraedandam dux Romanus permittit. a bellandi peritia commendatur. Scipio Africanus maior laudibus effertur. Persae haud procul Martyropoli grassantur. eorum ad Romanos legatio. Hactenus liber primus.

2. Mons Izala. Cardarigani Persarum ducis arrogantia. Romanorum cum Persis apud Arzamonem fluvium congressus. Philippicus imaginem non manufactam portans circumeundo exercitum sanctificat, et Romani victoria clarissima potiuntur. eadem imago ad Simeonem Amidae Antistitem transmittitur. Barbarorum spolia Romani legunt. Cardariganus Daram confugiens ut victus oppido a Darenis excluditur. Romani militis e cohorte Quartoparthorum (sic enim nominantur qui Berrhoeae in urbe Syriae commorantur) corpus vulneratum. in regionem Arzanenem Romanorum expeditio. Maruthas et lobius duces eius ad Philippicum transfugiunt. Cardarigas belli rudes ad Romanos circumveniendos conscribit. Heraclius Heraclii Augusti pater a Philippico hostes exploratum missus, mirabiliter servatur. De Zaberta Persa. Romani a castello Chlomaro obsidionem abstinent. Philippici repentina et

λιορκίας Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο. ἔτι δὲ περὶ τῆς ἀθρόας καὶ ἀλό-
 γου φυγῆς Φιλίππικου, καὶ τῆς γενομένης ἀταξίας τοῖς Ῥωμαῖ-
 κοῖς ἐκστρατεύμασι. περὶ τε τῆς ἐνιχθείσης τῷ Φιλίππικῷ νό-
 σου. καὶ ὅτι Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατῆρ
 5 τὰς φροντίδας τῆς ἡγεμονίας ἀναδέχεται. ὅπως τε τοῖς μεσημ-
 βρινοῖς τῆς Μηδικῆς προσβάλλει ὁ τῆς Ῥωμαίων δυνάμειως ὑπο-
 στρατήγος· καὶ ὡς ἕυρος ὄρα προσβάλλουσι Ῥωμαῖοι κατὰ τῆς
 Περσῶν πολιτείας. διαλαμβάνει τε ὡς Κομεντιόλος κατὰ τῶν
 Ἀβάρων ἐκστρατεύει, ἔχων ὑποστρατήγους Μαρίνον καὶ Κά-
 10 στον. καὶ ὡς εὐδοκιμοῦσιν οὗτοι κατὰ τῶν Ἀβάρων· ὕστερον δὲ
 ζωγρεῖται ὁ Κύστος. καὶ ὅτι Ἀνσιμουθ τὸν ἔξαρχον τῆς περικῆς
 Ῥωμαίων δυνάμειως οἱ Ἀβαροὶ ζωγρίαν ἔλαβον, καὶ κατέδραμον
 τὰ ἀνὰ τὴν Θράκην αἱ δυνάμεις αὐτῶν. καὶ Κομεντιόλου διά-
 σκεψις εἰ χρῆ ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἀβάροις, καὶ δημηγορία ἐπὶ τὸ
 15 δεῖν ἐπιτίθεσθαι, καὶ ἀντιδημηγορία. ὅπως φωνῆ ἐμπεσοῖσα
 τῷ στρατῷ τῶν Ἀβάρων ἀπρακτον τὴν τοῦ Κομεντιόλου ἐπιθε-
 σιν τὴν κατὰ τοῦ Χαγάνου εἰργύσατο. καὶ περὶ Βουσαῦ τοῦ
 στρατιώτου, ὅπως τε κνηγῶν ἐάλω ὑπὸ τῶν Ἀβάρων, καὶ ὅπως
 ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ὑπεροφθεῖς πρῶτος διὰ τοῦτο τοὺς Ἀβάρους
 20 πολιορκητικὰ ὄργανα ἐδίδαξε κατασκευάζεσθαι. ὅπως τε ὑπὸ
 τοῦ Χαγάνου πολιορκεῖται Περύη, καὶ ὅπως ἀποτυγχάνει τοῦ
 ἐγχειρήματος. ὅπως τε Διοκλητιανοῦ πόλιν ὁ αὐτὸς πολιορκή-
 σας ἀπρακτεῖ. καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος ὑπὸ τοῦ ἀγγε-
 λίου πλήθους τῶν Βυζαντίων ἐλοιδορεῖτο διὰ τὰ ὑπὸ τῶν βαρ-
 25 βάρων συμβεβηκότα περὶ τὴν Εὐρώπην δυστυχήματα, ὅπως τε
 ἐκπέμπει στρατηγὸν τὸν Ἰωάννην, ὃν ἐπεκύλουν Μυστάκωνα,

absurda fuga. in Romano exercitu trepidatio ac tumultus. Philippici
 invaletudo. Heraclius Heraclii parens ducis munus capessit. Romano-
 rum hypostrategus, sive subimperator, sive minor dux, Persas ad meri-
 diem incursat. tempestate verna Romani in Persidem irrumpunt. Co-
 mentiolus in Abaros movet, hypostrategos habens Martinum et Castam,
 qui praeclarum nomen adipiscuntur. capitur Castus. Ausimuthum pedi-
 tatus Romani ducem Abares captivum faciunt: superiorem Thraciam po-
 pulantur. Comentioli deliberatio, ecquid Abares invadendi sint. in
 utramque partem disseritur. clamor missus ausa Comentioli inania red-
 didit. De Busa milite, quomodo per venatum in manus Abarum vene-
 rit, et a civibus suis neglectus, ea de causa primus Abaros instrumenta,
 machinasque oppugnatorias fabricare docuerit. Chaganus Beroen obsi-
 dens, proposito excidit. idem Diocletianopolim oppugnare incassum in-
 stituit, et a Philippopoli atque Adrianopoli repellitur. Mauricius impe-
 rator a plebe Byzantina propter Castum et Ausimuthum duces captos
 conviciis incessitur. Ioannem cognomento Mystaconem cum Hypostrat-

ὑποστράτηγον αὐτῷ καταστησόμενος Δρόκωνα, ὅς καὶ πολιορκουμένης ὑπὸ τῶν Ἀβάρων τῆς Ἀδριανουπόλεως συμμίζας τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν διεσώσατο. διαλαμβάνει δὲ καὶ ὅπως ἰ Ἡράκλειος φρούριον Περσικὸν ἐνεχείρει τοῖς ὅπλοις ἐλεῖν, καὶ περὶ τοῦ Βιουδαῖος φρουρίου, καὶ ὅπως παραδόξῃ ἀριστεία Σά-5 κηρος τοῦ στρατιώτου ἔβλον τὸ φρούριον Ῥωμαῖοι. καὶ τὴν ἐν-δημίαν δὲ Φιλίππικου περὶ τὸ βασιλεῖον ἔστυ.

3. Ὁ δὲ τρίτος λόγος διέξιεν ὅπως χειροτονεῖται ἀντὶ Φιλίππικου στρατηγὸς ὁ Πρίσκος τῆς ἐξῆς δυνάμειος, ὅπως τε Φιλίππικὸς διαφθοροῦμενος Πρίσκῳ πρὸς Ἡράκλειον ἔγραψεν 10 ἐμφανίσει τῷ στρατῷ τῶν σιτήσεων αὐτῶν τὴν μείωσιν, καὶ ὅτε Πρίσκος προσπελάζων τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἀπέβη τοῦ ἵππου κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος καὶ οὕτως ἠσπύσατο τὸ στρατιωτικόν· διὸ τὸ στρατιωτικόν, ὅτι τε αἱ σιτήσεις ὑπετέμνοντο καὶ ὅτι ἤτι- μῶντο, ἔστασιαζόν. καὶ Πρίσκος ἐλιφρέδα δοῦς τὴν ἀχειρο- 15 ποιήτον δι' αὐτῆς ἐκλιπαρεῖν τὸ πλῆθος ἐτέχναζεν· οἱ δὲ καὶ ταύτην λίθοις ἔβαλον. διὸ φέγγει μὲν ἐν Κωνσταντινῇ Πρίσκος, καὶ αἰρεῖται ὑπὸ τῆς στρατιῆς Γερμανὸς αὐτοῖς στρατηγὸς ἀκού- σιος· καὶ ταύτης τῆς τυραννίδος κρατούσης πολλὰ παρὰ Περ- σῶν συμφορὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἐναπετίχοντο. διὸ καὶ βασιλεὺς 20 πάνυ μὲν Πρίσκον, ἀνταποστέλλει δὲ Φιλίππικὸν πάλιν στρα- τηγόν. ἡ δὲ στρατιὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ἔστασιαζε. καὶ πολιορ- κεῖται μὲν Κωνσταντῖνα ὑπὸ Περσῶν, ὁρῆται δὲ τῶν κινδύνων ἐπιστάντος αὐτῇ Γερμανοῦ. καὶ πόλεμος Πέρσαις καὶ Ῥωμαίοις

tego Droctone mittit, cuius virtute Adrianopolim ab obaidione Abarum, pugnata cum illis pugna vindicat. Heraclius castellum Persicum, Mazororum Theodorus et Andreas expugnant. Iidem Biudaes, admiranda virtute Saperii militis obtinent. Philippicus in urbem imperantem proficiscitur.

3. Priscus Orientalibus copiis pro Philippico praepositur. Philippicus Prisco invidens, ad Heraclium scribit, uti annonae imminutionem exercitui significet. Priscus neglecto more veteri, veniens ad exercitum de equo non descendit, ut ita militibus de plano salutem diceret. quocirca quoniam et de comaeu amitterent, et honore suo fraudarentur, seditionem occipiunt. eos artificio quodam Priscus, circumlata imagine non ab homine confecta pacare studet. quam cum et ipsam lapidibus insectarentur, Constantinam fugit: in cuius locum Germanus, quanquam invitus sufficitur. his turbis vigentibus, Persae multis calamitatibus Romanos affligunt. quam ob causam imperator Prisco abdicato, Philippico muneris sui dignitatem restituit; in quem nihilominus exercitus calcitrat. Constantina a Persis obsessa Germani adventu periculo eripitur. Aristobuli opera exercitus erga duces mitescit. Persarum Romanorumque

κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν γίνεται, καὶ νικῶσι Ῥωμαῖοι λαμπρῶς, ἄτε τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ Μιρούζα καὶ τρισχιλίων πεσόντων, χιλίων δὲ ζωγρηθέντων. καὶ διαλλάσσεται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα δι' Ἀριστοβούλου τὸ στρατόπεδον· γίνεται τε κατὰ τὸ 5 φρούριον Γιλγερδῶν τῶν δεσμωτῶν Ῥωμαίων ἀριστεία. καὶ Γρηγόριος ὁ Ἀντιοχείας ἀρχιερεὺς Φιλιππικὸν διὰ πρεσβείας ἀποκαθίστησι τῷ στρατεύματι. ἀλίσκεται δὲ ὑπὸ Περσῶν ἡ Μαρτυρόπολις διὰ Σίττα δόλω, καὶ ἀποχειροτονεῖται Φιλιππικός, καὶ Κομεντιόλος ἀντ' αὐτοῦ τὸν Περσικὸν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος 10 πιστεύεται πόλεμον. οἱ δὲ Γέται ἤτοι Σκλάβοι τὰ περὶ τὴν Θράκην ἐλυμαίνοντο, ἡ Ῥώμη δὲ πρὸς τοὺς Λογγιβάρδους ἀνθωπλίζετο, καὶ Λιβύη τῶν Μαυρουσίων περιεγίνετο. Κομεντιόλου δὲ στρατηγοῦντος συμπλέκονται περὶ τὸ Σισύρβανον πλησίον Νίσιβος Πέρσαι καὶ Ῥωμαῖοι, καὶ νικῶσι κατὰ κράτος Ῥωμαῖοι, 15 Ἡρακλείου περιφανῶς ἐνευδοκιμοῦντος τῷ δόρατι· πίπτει γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς Φραάτης, καὶ σκυλεύεται τὸ πολέμιον. ἔτι δὲ διαλαμβάνει ὅπως ὁ Βαράμ Τούρκους καταπολεμήσας, καὶ πολλὸν πλοῦτον Ὁρμίσδα τῷ βασιλεῖ ἐκέϊθεν χορηγήσας, ἤρε τὴν μάχαιραν καὶ κατὰ Σουανίας· Ῥωμαῖοι δὲ 20 Ῥωμανοῦ στρατηγοῦντος συμπλέκονται Βαράμ καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν στρατῷ, καὶ κατὰ κράτος νικῶσι. καὶ ὡς διὰ τὴν ἤτταν Ὁρμίσδας τῷ Βαράμ ἐπονειδίζων γυναικείαν ἔστειλεν ἐσθῆτα· ὁ δὲ ἀνθύβριξε; θυγατέρα Χοσρόου ἀλλ' οὐχ υἱὸν Ὁρμίσδαν τοῖς γράμμασιν ἐπιγραφόμενος. ἐν ᾧ καὶ Ἀρμένιοι ὑποθήκαις Σαβ- 25 βατίου τὸν μὲν σφῶν στρατηγὸν Ἰωάννην ἀναιροῦσι, προσχωρεῖν

ad Martyropolim conflictus, et horum victoria praedicanda, duce Maruza interfecto et tribus Persarum millibus captis, cum imperatore in gratiam reditor. in castello Giligerdo Romanorum captivorum generosa virtus. Gregorius archipraesul Antiochenus Philippico per legatos militum voluntates recuperat. Sittae dolo et impostura Persae Martyropoli potiuntur. Philippicus gradu deicitur, et Comentiolo bellum Persicum decernitur. Getae sive Sclavi Thraciae finitima incursant. Roma in Longobardos vicissim arma capit. in Lybia Mauri vincuntur. apud Silarbanum prope Nisibim Comentioli ductu Romani Persas summa ope, Heraclio ad famam insigniter dimicante, debellant. dux ipse Aphraates oppetit; spolia leguntur: imperatori pretiosa inde munera transmittuntur. Varamus Turcis superatis Suaniam aggreditur. de Varamo Romani Romano duce triumphant: cui victo exprobrandi causa Hormisdas muliebrem stolam mittit. ille contumeliam contumelia ulciscendam ratus, in epistolae inscriptione Chosroae non filium sed filiam appellat. Armenii Symbatii cuiusdam impulsu Ioannem praetorem suum trucidant,

δὲ Πέρσαις ἔγχειροῦσι. Κομεντίολος δὲ σταλείς ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὴν τε στάσιν κατευνάζει καὶ Σαββάτιον εἰς Βυζάντιον ἄγει· ὁ δὲ θηροῖς βορὰ γενέσθαι καταδικάζεται, φιλανθρωπία δὲ βασιλικῆ τοῦ θανάτου ἀπολείεται. Ὁρμισδὰς δὲ Σαράμην κατὰ Βαρὰμ ἀποστέλλει· Βαρὰμ δὲ μάχῃ νικήσας Σαράμην ἐλεφάντων βορὰν ἐποιήσατο, καὶ ἀναφανδὸν κατὰ Ὁρμισδα παρατάσσεται. ὁ δὲ Βαρὰμ ἐπὶ τοσοῦτο δόξης ἦν κειχωρηκῶς πρὶν ἢ μελετῆσαι τὰ τῆς ἀποστασίας, ὡς μετὰ γε βασιλεία μηδένα τῶν πάντων μίξονα δόξαν ἔχειν αὐτοῦ· ὁ γὰρ κουροπαλάτην Ῥωμαῖοι καλοῦσι, ταύτης ἀπήλαυε τῆς τιμῆς. ἐμπεριέχεται δὲ τῶν λόγῳ καὶ ἀναδρομῇ τῶν συγκυρησάντων περὶ τοὺς πρεσβυτέρους χρόνους, καὶ σύντομος ἀφήγησις τῶν κεινημένων ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ περὶ τῆς ὠμότητος Ὁρμισδου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς Περσικῆς γενεαρχίας ἀφήγησις. ταῦτα μὲν καὶ ὁ τρίτος. 15

4. Ὁ δὲ τέταρτος διαλαμβάνει ὅπως τε Πέρσαις ὁ ἐμφύλιος ἐκρατύνετο πόλεμος, καὶ ὅσα συνεκίνησε κατὰ τὴν τυραννίδα Βαρὰμ τρόπαιά τε καὶ εὐτυχήματα· καὶ ἡ τοῦ Φερεχάνου ἀναίρεισις καὶ ἡ Ζαδέσπρα προσχώρησις, ὅπως τε ὑπὸ Βινδόου καθαιρεῖται τῆς βασιλείας Ὁρμισδὰς, ὅπως τε ἤτησε δέσμιος ὡν δημηγορεῖσαι, καὶ ὡς δημηγορεῖ, ὅπως τε Βινδόης δημηγορεῖ, καὶ κατασφάζεται ἐνώπιον Ὁρμισδου ὁ παῖς καὶ τεμαχίζεται ἡ βασιλίς, καὶ τυφλοῦται καὶ αὐτὸς Ὁρμισδὰς· ὅπως τε ὕστερον ὑπὸ τοῦ παιδὸς Χοσρόου, ὃν ἐστήσαντο Πέρσαι βασιλέα,

et ad Persas deficere instituunt. missus ab imperatore Domenziolus tumultum sedat, et Symbatium Constantinopolim ducit: ubi sententia iudicum a bestiis dilaniandus benignitate et clementia imperatoris conservatur. Soranem ab Hormisda contra se missum Varamus potentior elephanto obicit. Varamus, qui antequam defectionem meditaretur, eo honoris et auctoritatis processerat ut facile secundus a rege numeraretur (siquidem Curopalatae, ut Romani vocant, magistratum gerebat), aperte regi bellum facit. repetitio rerum vetustioris cuiusdam memoriae, gestorumque adversum Persas Iustino et Tiberio imp. compendiosa narratio. Hormisdæ regis Persarum crudelitas. principes familiae apud Persas.

4. Bellum civile inter Persas robur validum acquirit. Varami tyranni prosperi successus. Pherochanis trucidatio. Zadesprae ad hostes transitio. Hormisdas a Bindoe regno deturbatus e vinculis concionandi facultatem impetrat, in quem Bindocs asperius verba fecit. Hormisdæ filius minor ante oculos patris mactatur, regina frustatur dissecatur: ipse terebratis luminibus caecatur, postmodumque a Chosroe filio seniore, quem sibi regem Persae elegerant, fustuario interimitur. Varami tyran-

ροπάλοις ἀναιρείται. ἐπικράτειά τε τῆς τυραννίδος Βαράμ, καὶ
 γυγὴ Χοσρόου τοῦ Περσῶν βασιλέως, ὅπως τε ἐπὶ τὸ Κιρκήν-
 σιον ὁ Περσῶν βασιλεὺς παραγίνεται, προσχωρήσας Μαυρικίῳ
 τῷ αὐτοκράτορι, ὅπως τε διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτόν. περὶ
 5 Βαράμ δὲ πάλιν, ὅπως τεχναζόμενος ἐπ' αὐτῶν ἀναρρηθῆναι
 βασιλεὺς καὶ μὴ τυχὼν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε βασιλεία. ὅπως ὁ βα-
 σιλεὺς Χοσρόην ἐπὶ τὴν ἱερὰν πόλιν μετὰγει, βασιλειῶν αὐτῷ
 θεραπείαν συστησάμενος. καὶ περὶ τῶν συγκυρησάντων Βαράμ
 καὶ Χοσρόη πρὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς συμμαχίας, καὶ ὡς διαπρεσβευ-
 10 σάμενος Βαράμ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μαυρικίον ἀποπέμπεται,
 διαπρεσβεύεται δὲ πάλιν Χοσρόης καὶ τυγχάνει. ὅπως ὁ βασι-
 λεὺς τὸν τῆς Μελιτηνῆς ἱερέα ἕμα Γρηγορίῳ τῷ Ἀντιοχείας ἀρ-
 χιερεῖ πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμψε. περὶ τῆς δολοφονίας Βαράμ,
 ἣν Ζαμέρδης καὶ Ζοανάμβης συνεσκεύασαντο, καὶ περὶ τοῦ φό-
 15 νου τῶν εἰς τοῦτο συμπραξυμένων. περὶ Βινδούου τοῦ Πέρσου,
 καὶ ὅπως δραπετεύει Περσίδα, τῆς κατὰ Βαράμ ἐπιβουλῆς κοι-
 νωνὸς γεγονώς. ὅπως ἡ Μαρτυρόπολις ὑπὸ Χοσρόου ἀποδίδο-
 ται Ῥωμαίοις, καὶ περὶ τῆς τοῦ Σίττα διὰ πυρὸς ἀναιρέσεως,
 καὶ ἑορταστικῆ τοῦ ἐπισκόπου Μελιτηνῆς (Δομετιανὸς ὄνομα
 20 αὐτῷ) ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τοῦ Ἰησοῦ. ἐν οἷς καὶ ὁ τέταρτος
 λόγος.

5. Ὁ δὲ πέμπτος διέξεισιν ὅπως Χοσρόης ὁ Περσῶν βα-
 σιλεὺς ἀπορίᾳ τὴν ψυχὴν κατατροχόμενος ἐπρέσβευε τὸν ἐν μάρ-
 τυσι Σέργιον, ὃν καὶ τὰ λοιπὰ βάρβαρα πρεσβεύουσιν ἔθνη, λύ-
 25 σιν τῶν δυστυχημάτων εὐρεῖν καὶ ὡς σταυροῦ χρυσῷ λιθοκολ-

nis corroborator. Chosroes in fugam incumbens Circesium venit, ad Mauricium imperatorem scribit, ei se dedit. Varamus a Persis rex salutari artificio quodam elaborat: ea spe frustratus regem se ipse creat. Comentiolus iussu Mauricii Chosroen Hierapoli, obviam egressus, honorifice accipit, satellitium ei regium adiungit. acta inter Varamum et Chosroen, antequam is societatem cum Romanis iniret. Chosroae ad Mauricium efficax, Varami irrita legatio. imperator Domitianum Melitenae et Gregorium Antiochiae pontifices super Varamo per insidias mactando ad Chosroen legat; quem Zamerdes et Zoambres cum aliis adorientes, misere pereunt: Bindoes molitionis contra Varamum particeps effugit. Martyropolim Persae Romanis restitunt. Sittas proditor igni exurit. Domitiani Melitenensis episcopi pro recepta urbe festa et gratulatoria conciuncula.

5. Chosroes Persarum rex animi anxius Sergium martyrem, caeteris quoque barbarorum nationibus sanctum ac venerabilem, precatur uti calamitatem ab se depellat: crucem auream gemmis distinctam eidem

λήτῳ ἐτίμησεν· ἐντεῦθεν τε Ζαδέσπρας διὰ Ῥοσᾶ δολοφονεῖται
 Βλησχάνους ὑποθήκαις, καὶ τάλλα θυμήρη Χοσρόη συναντῆ.
 περὶ τοῦ ἐκδανεισθέντος χρυσίου Χοσρόη τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὑπὸ
 Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ὡς χειρογραφεῖ Χοσρόης τὸ
 δάνεισμα. πρεσβεία τε Χοσρόου ἐφ' ᾧ ἀποστῆναι Κομεντιόλου 5
 τῆς ἡγεμονίας, καὶ χειροτονία Ναρσοῦ ἀντὶ Κομεντιόλου, καὶ
 συμμαχία Ῥωμαίων κατὰ τοῦ τυράννου Βαράμ. καὶ περὶ τῶν
 βασιλικῶν δώρων τῶν σταλέντων Χοσρόη ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτο-
 ρος· καὶ ὅπως τὰς κλεῖς τοῦ Δαράς ὁ Χοσρόης διὰ τοῦ πρέσβευς
 Δόλβζα παραδέδωκε τῷ βασιλεῖ. ἡμιγγορία τοῦ Δομετιανοῦ 10
 Μελιτηνῆς, προτρέπουσα τὸ Ῥωμαϊκὸν συμμαχεῖν Χοσρόη κατὰ
 Βαράμ· καὶ περὶ τῶν συγκυρησάντων εὐτυχημάτων πρὸ τῆς
 συμπλοκῆς Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν Χοσρόη, καὶ ὅπως οἱ βασι-
 λικοὶ θησαυροὶ τὰ τε Περσικὰ βασίλεια ἀποκαθίσταται Χοσρόη
 διὰ Βινδόου. ἔνωσις τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων Ἀρμενίας τε καὶ 15
 τῆς ἑώρας, καὶ μάχη κατὰ Βαράμ, καὶ νίκη Ῥωμαίων περιφανε-
 στάτη· ἐν ἣ μάχῃ Ναρσοῦ στρατηγούντος καὶ Τοῦρκοι συνελή-
 φθησαν, οἱ ἐπὶ τῶν μετώπων τὸν τύπον ἔφερον τοῦ σταυροῦ,
 ὃ ἐπέθεντο, ὡς ἐκεῖνοι διηγοῦντο, εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς πάλαι
 προσπεσοῦσης αὐτοῖς λοιμικῆς νόσου. τὰ κατὰ τὴν Γολινδοῦχ 20
 ἐν Περσίδι γεγονότα, καὶ οἷον ἐκείνη βίον ἀσκητικὸν ἠγωνίσαστο.
 ἐπανάξενξις τε Χοσρόου εἰς τὰ οἰκεία βασίλεια. καὶ περὶ τῶν
 σταλέντων δώρων παρὰ Χοσρόου Σεργίῳ τῷ μάρτυρι. πρεσβεία
 τε τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν ἄγιον, ὥστε ἐκ τῆς Σερέμ παιδο-
 ποιήσασθαι· Χριστιανῆ δὲ ἐτύχχανεν αὕτη. καὶ ἐπιτυχία τε 25

novet. Zadesprates a Rosano Solchanis hortatu circumventus occiditur,
 allaque praeterea Chosroae haud iniucunda eveniunt. pecuniam a Mau-
 ricio Imperatore mutuatus syngrapham dat. eius legatio super Comen-
 tiolo duce in ordinem redigendo, in cuius locum Narses sufficitur. Ro-
 manorum adversus Varamum tyrannum auxilia. Mauricii ad Chosroem
 dona regalia, qui per Dolabranum legatum claves Darae oppidi impe-
 ratori contradidit. Domitiani Melitenae antistitis ad Romanos de Chos-
 roe contra Varami opes adiuvando praeclara oratio. ante Romanorum
 Persarumque dimicationem Chosroae oblata felicitas. thesauri regii et
 regnum eidem opera Bardoī restituuntur. Romanarum Armeniarum
 orientaliumque copiarum coniunctio, praelium cum Varamo, et Romano-
 rum Narse imperatore victoria splendidissima. capti etiam Turcae in
 frontibus crucis figuram ferentes, quod quidem (ut narrabant) aliquando
 pro liberatione a grassante pestilentia matres adhuc pueris inusserant.
 res Golinduchae, quae in Perside vitam vixit asceticam. Chosroae in
 regiam reversio. dona a Chosroe Sergio martyri sacrata. ad eundem
 divum preces eiusdem pro suscipiendis ex Sira Christiana femina liberis.

τῆς αἰτήσεως, καὶ δώρων πολυτελῶν ἀποστολὴ παρ' αὐτοῦ εἰς τὸν νεὼν τοῦ μύρτυρος. ὅπως τε Χοσρόης τοὺς κεκοινωνηκότας τῇ τυραννίδι καὶ Βινδόην αὐτόν, ὡς κατὰ βασιλείως χεῖρας ἔρανα, θανάτῳ διώλεσε. περὶ τῶν προαγορευθέντων ὑπὸ 5 Χοσρόου, καὶ ὡς στασιάσει τὰ Ῥωμαίων πράγματα τυράννοις δουλεύοντα. πρεσβεία τε Πρόβου τοῦ Χαλκηδόνης προέδρου, καὶ περὶ τῆς εἰκόνης τῆς Θεομήτορος, καὶ ὅσα κατὰ τὴν πρεσβείαν ἀπήντησεν. ἐκδήμια τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐπὶ τὴν τῆς Εὐρώπης ἀγχίαλον, καὶ περὶ τοῦ συναντήσαντος αὐτῷ ἐν ὑτ φά- 10 σματος. ὅπως τε ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια ὁ αὐτοκράτωρ, πρεσβείας Περσικῆς ἐπιστάσης διὰ Ζαλαβζάν. ἐν οἷς καὶ ὁ πέμπτος λόγος.

6. Ὁ δὲ ἔκτος λόγος περιέχει ὅπως ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξιόν-
 τι τῷ βασιλεῖ ἐνέσκηψε κλύδων θαλάττιος. ὅπως τε περὶ Ἡρά-
 15 κλειαν, ἐκείσε τοῦ βασιλέως διατρίβοντος, τέρας ἐγενήθη, παι-
 δίων μῆτε χεῖρας μῆτε ὄμματα ἔχον μῆτε ὑφρῆς μῆτε βλέφαρου,
 πρὸς δὲ τῷ ἰσχυρῷ ἰχθύος οὐρῷ ἀπεκρέματο· καὶ ὅπως τὸ τέρας
 ἀνήρητο. περὶ τῶν τριῶν Σκλαβηνῶν τῶν κιθάρας ἐπιφερομέ-
 νων, οἳ ἐκ τῶν μερῶν τοῦ Ὀκτιανοῦ ἔλεγοντο πρὸς τὸν Χαγάνου
 20 ἀπεστάλθαι· οἳ καὶ ἐνεφανίσθησαν Μαυρικίῳ τῷ βασιλεῖ. πρε-
 σβεία τε Φράγκων πρὸς τὸν βασιλεῦ ἐφ' ᾧ συμμαχεῖν ἐπὶ δώροις,
 καὶ ἀποστροφὴ τῆς αἰτήσεως· Βόσσος καὶ Βέττος οἱ πρέσβεις,
 ὁ δὲ ἀποστείλας ὀνόματι Θεοδώριχος. περὶ τῆς ἀγέλης τῶν ἐλά-
 φων, καὶ ὅπως ἡ μελίων βάλλεται καὶ εἰς λόγχην τινὰ φεύγει,
 25 καὶ ὡς ἐπιδιώκεται ὑπὸ τινος τῶν δορυφόρων καὶ ἑτέρου τινὸς

voti compos, rursus donaria sumptuosa ad eius aedem mittit. tyrannidibus conscios, atque adeo ipsum Bindoem, ut adversus regem nefaria molitum, vita expellit. eius de Romana republica ex dissidio tyrannis servitura praedictio. Probi Chalcedonensis episcopi legatio, et de imagine dei matris, quomodoque legatio illa evenerit. profectio imperatoris ad Anchialum Europae. de occursante ipsi in sue portento. quo pacto reversus est domum imperator legatione Persica perfecta per Zalambanum.

6. Haec autem libro sexto insunt: uti exeuntem ex urbe Augustum marina tempestas exceperit, utque ad Heracleam, dum ibi commoratur, monstruosus partus natus infans, manibus et oculis carens, ad haec et superciliis ac palpebris, ad femur piscis cauda appendente; et quomodo sublatum hoc monstrum. de tribus illis Sclavis citharas importantibus, qui ex Oceani partibus ad Chaganum missi ferebantur, et a Mauricio imperatore spectati sunt. legatio item Francorum ad Caesarem, qua stipendio se illi militaturos polliciti repulsam tulerunt. Bossus et Betus legationem hanc a Theodoricho missi obibant. de grege cervorum, utque ingens quidam telo ictus in silvam se contulerit; insequente vero

Γήπαιδος, ὅπως τε ὁ δορυφόρος διὰ τὰ περὶ αὐτὸν χρύσεια δολοφονεῖται, καὶ ὡς χρόνῳ μακρῷ ὕστερον ὁ Γήπαις δολοφονῆσαι φωραθεὶς πυρὶ παραδίδοται. στρατεία Ἀβύρων κατὰ Ῥωμαίων καὶ πολιορκία Σιγγιδόνος τῆς πόλεως, χειροτονία τε Πρίσκου τοῦ στρατηγῶν, καὶ ὅπως τοῦ κατὰ τὴν Εὐρώπην πόλεμον τοῦ-5
 τον προεστήσατο. καὶ ὅπως ὁ Χαγίνος εἰς Δριζίπερα γενόμενος τὸν νεῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μάρτυρος ἐπολιορκῆσε. καὶ ὅπως ἐν Τζουρουλῶν τῇ πόλει Ῥωμαῖοι συγκλεισθέντες ὑπὸ τοῦ Χαγίνου πολιορκοῦνται, ὅπως τε δόλῳ φενακίζει τὸν βάρβαρον ὁ Μαν-
 ρίκιος καὶ τῆς πολιορκίας ἀπάγει. πρεσβεία τε Ἀβύρων πρὸς 10
 Ῥωμαίους, καὶ ὅσα τῷ Ἀρδαγύστῳ ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀπήντησε δυνάμει, ἔτι δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν Τατίμερ. ἀνδραγαθία τε τοῦ Ῥωμαίων ταξιάρχου Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀνδραγαθία Ῥο-
 μαίων, καὶ Σκλαβηνῶν ἀναίρεσις, ἔφοδος τε Σκλαβηνῶν κατὰ Ῥωμαίων. περὶ τῶν τεχθέντων τεράτων πρὸ τοῦ ἕσπεος τῆς 15
 βασιλείδος, ὡς τὸ μὲν ἦν τετράπουν παιδίον, τὸ δὲ δικόρυνφον. ὅπως Πρίσκος ἀποχειροτονεῖται τῷ δοῦναι τῷ Χαγίνῳ ὑπὸ τῆς τῶν Σκλαβηνῶν λείας, καὶ Πέτρος ἀντιχειροτονεῖται στρατηγὸς τῆς κατὰ τὴν Εὐρώπην μάχης· καὶ περὶ Θεοδώρου τοῦ πρέσβεως σταλέντος πρὸς τὸν Χαγίνον ὑπὸ τοῦ Πρίσκου, τῆς τε περὶ αὐ-20
 τὸν παιδείας καὶ δεξιότητος. ἐν οἷς καὶ ὁ ἔκτος λόγος.

7. Ὁ δὲ ἕβδομος λόγος διαλαμβάνει περὶ τῆς γεγενημένης ἀταξίας ταῖς Ῥωμαίων δυνάμεισιν, ἀριστείαν τε Ῥωμαίων κατὰ Σκλαβηνῶν ἦτοι Γετῶν· Γέται γὰρ τὸ παλαιὸν ἐκυλοῦντο.

hastifero, et altero item Gepaede, ut hic illum ob aurea ornamenta ex insidiis interfecerit, et longo post intervallo caedis reus deprehensus flammis sit traditus. Abarorum contra Romanos expeditio, urbisque Singidonis obsidium. uti Priscus belli dux delectus et militiae Europaeae praefectus sit. ut Chaganus Driziperam delatus beati Alexandri martyris templum obsederit; et quomodo Tzurulo oppido inclusus Romanos Chaganus cinxerit, utque Mauricius astu deceptum Barbarum ab obsidione averterit. missa ab Abaris ad Romanos legatio, et quae Adragastus ab exercitu Romano acceperit incommoda. praeterea quae sub Tatimero acta Alexandri tribuni militum fortitudo, Romanorumque res fortiter gestae, et Sclavorum interitus, horumque vicissim in Romanos impetus. de monstribus ad regiam urbem natis, infantes, unus biceps, alter quadrupes. uti Prisco imperium fuerit abrogatum, quod partem praedae e Sclavis abductae Chagano donasset, utique pro illo Petrus Europaeo bello dux praeficiatur. de Theodoro item legato ad Chaganum a Prisco ire iussu, et de eius doctrina atque rerum gerendarum dexteritate.

7. Libro septimo agitur de turbatis Romanorum ordinibus, eorumdemque rebus fortiter gestis contra Sclavos sive Getas: hoc enim no-

καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀσίμῳ τῇ Θρακίᾳ πόλει Πέτρῳ τε καὶ τοῖς πολίταις συμβεβηκότων. καὶ ὡς Πιρῶγαστος ὁ τῆς τῶν Σκλαβη-
 νῶν δυνάμειος φύλαρχος ἀνήρηται· καὶ ἀνδραγαθία Ῥωμαίων.
 περὶ τῆς ἀνδρίας τῆς παρακολουθησάσης ταῖς Ῥωμαίων δυνά-
 5 μειςι. καὶ ὅπως τοῦ Πέτρου καταπολεμηθέντος ὑπὸ τῶν Σκλα-
 βηνῶν Πρίσκος αὔθις γίνεται στρατηγός. θάνατος Ἰωάννου
 τοῦ νηστευτοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ περὶ τῶν ἐκδανεισθέν-
 των αὐτῷ χρημάτων ὑπὸ Μαυρικίου, καὶ περὶ τοῦ ἐν τῇ ὁμολο-
 γίᾳ χειρογραφήματος, καὶ ὅπως διὰ τιμῆς ἦγεν ὁ φιλευσεβής ὡς
 10 ἄλλθῶς αὐτοκράτωρ τὰ εὐρεθέντα τῷ ἀρχιερεῖ μετὰ θάνατον
 ῥάκια. περὶ τῶν Μαυρουσίων τῶν συστραφέντων κατὰ Καραχη-
 δόνος τῆς πόλεως, καὶ ὅπως τῇ τοῦ Γενναδίου τόλμῃ ὁ πόλεμος
 ἔσβεστο. καὶ περὶ τοῦ κομήτου τοῦ φανέντος ἐπὶ ἡμέρας πολλὰς.
 περὶ τοῦ ἔμφυλιον πολέμου τοῦ γενομένου τοῖς Τούρκοις, καὶ ἐν
 15 ἐκθέσει τὰ περὶ τῆς τῶν Τούρκων πολιτείας. καὶ ὡς τὸν ἐθνήρ-
 χην τῶν Ἐφθαλιτῶν ὁ Χαγάνος τῶν Τούρκων ἀνελὼν καὶ δουλώ-
 confudit.

Θ Ε Ο Φ Υ Λ Α Κ Τ Ο Υ
Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Ω Ν
Λ Ο Γ Ο Σ Δ'.

T H E O P H Y L A C T I
H I S T O R I A R U M
L I B E R I V .

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *V*aramus contra Hormisdam exercitum colligit. eius promissa illecebrosa. in Chubriadanem inspectorem regium Persarum immanitas. Nisibis diripitur. ibidem de Hormisda regno exuendo coniuratur. legati militum ad Varamum. Zaba fluuius. Varami in legatos benignitas. Hormisdae ex aduerso casu ira et insania. (2) *V*aramus per hiemem castella oppugnat. Zadespras peculator carcere solutus ad hostes transfugit. Pherochanes regis dux Varamo cum precibus dona incassum offert. Varami inventum, quo copias adversarias ad se traducit, dum Hormisdam in summum apud eas odium inducit. (3) Pherochanes a suis occiditur; eius tentorium diripitur. e militum reliquiis Hormisdas custodes sibi facit. civium per urbes regias super gestis admiratio. Bindoem, virum illustrem, frater e carcere eripit. Hormisdas in regia invaditur. eius ornamenta sumptuosissima. Bindois in illum maledicta. de throno abstractus in vincula datur. Chosroes filius periculi metu fugit: accepta fide in regnum redit. Hormisdas ad principes Persarum de republica dicendi facultatem exorat. (4) concio Hormisdae. de iniuria sibi facta expostulat. conditionem pristinam cum praesenti, illius delicias cum huius miseriis et squalore comparat. ingratos et impios in se illorum animos increpat. a tyrannis cavendum monet. Chosroem propter mores sceleratissimos regno excludendum, fratrem creandum statuit. acta sua commendat. (5) Bindoes orationem Hormisdae irridet, et in eum ut multimodis sceleratum dirius invehitur. refutat etiam es quibus sese commendaverat. tandem capite puniendum pronuntiat. (6) conventus ira percitus in Hormisdam, ante oculos eius filium necat,

reginam uxorem in frustra dissecat, ipsum pupillis adustis caecitate multat. per digressionem res Cabadae interseruntur, quemadmodum scilicet erepto sibi regno in carcerem missus, inde uxoris beneficio evaserit regnumque recuperaverit. (7) Chosroes in solio cum acclamationibus locatur. eius in patre captivo alendo liberalitas; qui tamen omnia, addita verborum asperitate, reiicit. iussu filii usque ad necem fustibus contunditur. Hypocrisis Chosroae. Varamum donis et pollicitationibus frustra tentat, a quo per epistolam cum fastu scriptam de seditionis in carcerem revocandis monetur. (8) rex ad procerum consensum de litteris Varami refert. ad iram ab iisdem extimulatur. eiusdem cautio. litterae Chosroae ad Varamum, quibus factum eius excusat, culpam in scribam facete transfert, negat se facturum quae postulet, spiritus regios ostendit. (9) Chosroes contra Varamum selectus agit, duces praeposit. copiae fluvio separantur. frustra collocuti ad velitationes veniunt. Chosroae timiditas, Varami fidentia. Chosroes suspectos interficit. noctu invaditur. multa caedes editur. multi ad Varamum deficiunt. etiam ipse Chosroes fugam init (10) consultat Chosroes quo se vertat. christianorum deum invocat. fraeno dimisso equi gressum sequitur. Circessi a Probo humaniter accipiuntur. Comentiolo duci eius adventus, et quid ab imperatore petat, significatur. mittitur cum epistola nuntius ad Mauricium, quem ingens inde laetitia occupat. (11) litterae Chosroae ad Mauricium. duo esse imperia omnium maxima, Romanum et Persicum. accusatio Varami, contra quem concitatur imperator et auxilium rogatur. (12) Persis proceribus blanditur Varamus: Chosroem quaeri ac vincitum sisti iubet. Bindoes vinculis adducitur. Varami in regno occupando astus. scmet regem instituit. ad praesidarios Martyropoli eius mandatum. a Mauricio per ducem Comentiolum Chosroes honoratur. eiusdem impostura. (13) Chosroes ut vaser et malae fidei reprehenditur: eum ad se venire Mauricius non vult. legati Chosroae ad imperatorem. principis legati oratio, qua interess Romanorum, Persicum stare imperium, praecleara disputatione probat. multa de Alexandri Magni ambitione disserit, et imperatorem ad succurrendum regi vehementer incitat (14) dicta placent, auxilium decernitur. Mauricii ingenuitas. captivos Chosroae remittit, eumque per Melitencensem et Antiochenum episcopos donis et solatio prosequitur. Chosroae ad Nisibenos de officio legati. Varami legati ad imperatorem cum promissis reiecti. Satrapae Varamo, eius moribus importunissimis irritati, necem struunt, et in palatium irruentes coopto frustrantur, misereque occiduntur. (15) Bindoes evadit; copias Andrabigano educit; Mystaconem de statu Chosroae docet, quem armis iuvandum imperator Mystaconi commendat. Varami casus cum laetitia narrantur et audiuntur. Bindoes regiam pecuniam in militem erogat. Nisibim obsidentes ad Chosroae partes accedunt. Arabia et urbes usque ad Tigrim Chosroae traduntur. Martyropolis Romanis opera Domitiani episcopi deditur. Chosroes ut ingratus castigatur. Sittas proditor ignibus crematur. perfidi Romani puniuntur. Domitianus festum diem indicit, concionem gratulatoriam habet. (16) festivissima Domitiani concio ob receptam Martyropolim, qua populus ad laetitiam invitatur, clementia imperatoris eximie commendatur, exemplum humanitatis Iesu Christi servatoris nostri inducitur, Persisque hostibus insultatur. applausus populi, et prae gaudio lacrimae crumpentes.

D
V 198 **1.** Ἐπει δ' ὄρκοις τὰ τῆς τυραννίδος ἀπειχιζέτο καὶ σπον-
 δαῖς ἢ στάσις ἐπικυδομένητο, ἐπαθροίζει συμμαχικὸν ὁ Βαράμ,
 καὶ ὁ ἐπιχώριος Πέρσαις ἐκρατύνετο πόλεμος. ἐπιστρατολόγει
 δὲ καὶ ἡ περὶ τὸν Ὁρμισδαν δυσμένεια τῷ Βαράμ πρόσθετον καὶ
 ἐπικουρον δύναμιν· Πέρσαι γὰρ οἱ πρὸς τῇ Νίσιβι στρατοπε-
 δεύοντες ἄρτι που ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμηθέντες δημοσίᾳ ἐκτά-
 ξει, τὰ περὶ τὸν Βαράμην ἀκηκόετες παρὰδοξα, ἀποκλίνουσι
P 91 **σαντες.** τούτων δὴ ἀγγελθέντων τῷ Βαράμ, πρέσβεις ἀπὸ τῆς
 περὶ αὐτὸν πληθύνος ἐκπέμπεται πρὸς τὴν Νίσιβιν, καὶ τῷ ἐπα-
 γωγῷ τῶν ὑποσχέσεων καρτερώτερος Μήδοις ὁ ἐμφύλιος κατὰτυ-
 φεύεται πόλεμος. οἱ μὲν οὖν τοὺς πρέσβεις δεξάμενοι πρὸς τὴν
 πόλιν χωροῦσι τὴν Νίσιβιν. περὶ τὴν νύκτα δὲ γεγονότες τοῦ
 ἄστειος συνεκύρησαν Χουβριαδάνη, ὃς τῶν ἐν ἄξιαις τελούντων
 παρὰ Πέρσαις ἐδόκει, ἐπόπτης τε τῶν δρωμένων κατὰ τὸν πόλε-
 15 **μον** ὑπὸ Ὁρμισδα προεχειριστο. τοῦτον καταβυλόντες τοῦ ἴπ-
B **που** ἀκροτομήσαντές τε τὸν δειλαιον, τὴν κεφαλὴν τῶν ἐν τῷ
 τραχήλῳ σφονδύλων ἀποκοψάμενοι σύμβολα ταῦτα Ὁρμισδα
 ἀδιαλλάκτου τινὸς παρέπεμπον στάσιως. κατεργασάμενοι δὲ τὸν
 ἄνδρα δεινῶς, καὶ κατὰ τὴν πόλιν εἰσφρήσαντες, πρὸς διαρπα-
 20 **γὴν** τῶν ἐκείνου χρημάτων ἐτρέποντο. γίνεται τοίνυν κατὰ τὴν
 Νίσιβιν διωμοσία καρτερὰ ἐφ' ᾧ τὸν Ὁρμισδαν ἀποχειροτόνητον

1. Tyrannide sacramentis constabilita defectioneque foederis interpo-
 siti religione confirmata, Varamus auxilia conquirat, civileque bellum
 inter Persas ingravescit, cum ipsa quoque communis omnium adversus
 Hormisdam invidia ad eas copias accessionem subsidiumque afferret.
 etenim Persae prope Nisibim castra metantes et nuper aperto Marte a
 Romanis devicti, inopinatis super Varamo nuntiis exciti, deserta fide
 eius ausus imitandi studio concitabantur. id postquam ille rescivit, de
 exercitu suo legatos cum promissionum illecebris Nisibin mittit, quibus
 deliniti cives contra cives atrociter miscere et agitare arma coeperunt.
 admissis itaque legatis Nisibin procedunt. ad portam urbis ut venerunt,
 in Chubriadanem, unum de Persicis magistratibus, ut apparebat. inci-
 dunt, qui ab rege ad rem castrensem inspiciendam veniebat. huic ab
 equo deturbato summas corporis partes miserabiliter detruncant, caput
 resecant, et haec implacabilis odii sui argumenta Hormisdæ transmit-
 tunt. cum hominem tam crudelem in modum confecissent oppidoque re-
 cepti essent, facultatibus eius diripiendis involant, coniurantque acer-

εἶναι καὶ ἰδιώτην ἀντὶ βασιλέως τεκταίνεσθαι. καὶ γοῦν τούτων οὕτως προκεχωρηκότων τοῖς πράγμασι, πρεσβεύονται Πέρσαι πρὸς Πέρσας καὶ ἡγεμόνας πρὸς τὸν Βαρᾶμ ἀποστέλλουσι κατὰ τὴν τοῦ Ζυβῦ διάβασιν διατρέβοντα. ποταμὸς δ' οὗτος, ὃς ἐκ C
 5 τῶν ὑπερανεστηκότων ὄρων ἐκχέομενος καὶ ἀπὸ τῶν βορείων ἀρ-
 χόμενος οὐ πολὺς ἐστὶ τὴν πρόοδον, εἴτα πρὸς νότον φερόμενος
 καὶ ὑπὸ πολλῶν χειμάρρων καταρδευόμενος νυυσίπορος γίνεται
 καὶ κοινωροῦται τῷ Τίγριδι. ὁ δὲ Βαρᾶμ τοὺς ἀγγέλους εἰσα-
 κέζετο, καὶ λαμπρῇ τῇ φιλοφροσύνῃ τούτους περιαντίζετο. προσ-
 10 τᾶττει δὲ καὶ διεξιολάβοις δυνάμεισιν ἰχνηλατεῖν καὶ τὰς ἀτρα-
 ποὺς πάσας κατασφαλίσουσθαι, ὅπως μὴδ' ἄγγελος Ὀρμισδά τῶν
 ἀτυχημάτων γενήσεται. ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπαίνων τε καὶ τετρι-
 γῶς τοὺς ὀδόντας, καὶ οὐκ ἔχων ὄπῃ αὐτοῦ τὰ τοῦ σκοποῦ σκολή
 διεξοδον, ὑπὸ τῆς ἀπορίας παράφορος ἦν καὶ τοῖς δαιμονῶσιν
 15 εἰκάζετο. (2) Κομεντιύλου δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ ἐν ταύ- D
 ταις δὴ ταῖς ἡμέραις τὸ Ἄκβῦς φρούριον ἤρηκότος καὶ ὠρᾶ χι- A. C. 592.
 μῶνος διαλελυκότος τὸν χάρακα, ὁ Βαρᾶμης τὸ κατὰ μικρὸν τοῖς
 τῆς Μηδίας χωριοῖς προσέβαλλεν. ὁ δὲ Ὀρμισδάς ἐκ τῶν πε-
 ριοίκων δυνάμεις συναθροισάμενος αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου
 20 προεστῆσατο Φεροχάνην τὸν Πέρσῃ· τὸ δ' ὄνομα τὴν τοῦ μα-
 γίστρου ἀξίαν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐνσημαίνεται γλώττῃ. ὁ μὲν οὖν Φε-
 ροχάνης ἡξίου τὸν βασιλέα Ζαδέσπραν, ὃν ἐν εἰρκτῇ δεδεμένον
 Ὀρμισδάς ἀπέθετο, τῶν δεσμῶν ἀφαιρεθῆναι καὶ συστρατεύειν
 αὐτῷ. τούτου δὲ κατυδιαιτήσας ἐτύγχευεν ὧν ὁ Περσῶν βασι-

rime, Hormisdas regia dignitate spoliatum in ordinem redacturos. secundum haec Persae ad Persas, et quidem duces ipsos ad Varamum legant, qui tum ad Zabae fluminis transitum forte consederat. hic in septentrione ab excelsis montibus erumpens alveo labitur exiguo; deinde versus austrum procurrens multisque torrentibus auctus fit navigabilis, et Tigridi undas suas intermiscet. Varamus legatos in tabernaculum introductos omni benevolentia et humanitate complectitur, iubetque postmodum eos a stipatoribus suis deduci, et obsideri vias omnes, ut ne quem calamitatis suae nuntium Hormisdas possit accipere. qui furore et stomacho exardescens et dentibus stridens, nec reperiens qua tandem ratione consilia sua perficeret, prae angore animi de potestate mentis decedit, eorumque qui a daemonibus exagitantur similis evadit. (2) cum per illos dies Comentiolus dux Romanus arcem Acbas cepisset militemque in hiberna dimisisset, Varamus castella Persidis paulatim adortur. Hormisdas e locis circumiectis manum conflat, cui Persam nomine Pherochanem (quo magistri apud Romanos dignitas exprimitur) praeposit. orat regem Pherochanes uti Zadespram, qui Martyropoli publicam pecuniam eamque grandem averterat, et ea de causa in custodiam et catenas

V 198 ^D 1. Ἐπεὶ δ' ὄρκους τὰ τῆς τυραννίδος ἀπειχιζέτο καὶ σπονδαῖς ἢ στάσις ἐπιφοδόμετο, ἐπαθροίξει συμμαχικὸν ὁ Βαράμ, καὶ ὁ ἐπιχώριος Πέρσαις ἐκρατύνετο πόλεμος. ἐπεστρατολόγει δὲ καὶ ἡ περὶ τὸν Ὀρμισδαν δυσμένεια τῷ Βαρόμ πρόσθετον καὶ ἐπίκουρον δύναμιν· Πέρσαι γὰρ οἱ πρὸς τῇ Νίσιβι στρατοπεδεύοντες ἄρτι που ὑπὸ Ῥωμαίων καταπολεμηθέντες δημοσίᾳ ἐκτάξει, τὰ περὶ τὸν Βαράμην ἀκηκοότες πυράδοξα, ἀποκλίνουσι πρὸς ἀπόστασιν, ἀδελφὰ τῶν ἐκείνῳ διεγχειρηθέντων ὑποζηλώσαντες. τούτων δὲ ἀγγελθέντων τῷ Βαράμ, πρέσβεις ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν πληθύνος ἐπέμπεται πρὸς τὴν Νίσιβιν, καὶ τῷ ἐπα-10 γωγῷ τῶν ὑποσχέσεων καρτερώτερος Μήδοις ὁ ἐμφύλιος καίταυφύεται πόλεμος. οἱ μὲν οὖν τοὺς πρέσβεις δεξάμενοι πρὸς τὴν πόλιν χωροῦσι τὴν Νίσιβιν. περὶ τὴν πύλην δὲ γεγονότες τοῦ ἄστεος συνεκύρησαν Χουβριαδάνη, ὃς τῶν ἐν ἀξίαις τελούντων παρὰ Πέρσαις ἐδόκει, ἐπόπτης τε τῶν δρωμένων κατὰ τὸν πόλε-15 μον ὑπὸ Ὀρμισδα προεκεχειρίστο. τοῦτον καταβαλόντες τοῦ ἱπ-
B που ἀκροτομήσαντές τε τὸν δειλαιον, τὴν κεφαλὴν τῶν ἐν τῷ τραχήλῳ σφονδύλων ἀποκοψάμενοι σύμβολα ταῦτα Ὀρμισδῆ ἀδιαλλάκτου τινὸς παρέπεμπον στάσεως. κατεργασάμενοι δὲ τὸν ἄνδρα δεινῶς, καὶ κατὰ τὴν πόλιν εἰσφρήσαντες, πρὸς διαρπα-20 γὴν τῶν ἐκείνου χρημάτων ἐτρέποντο. γίνεται τοίνυν κατὰ τὴν Νίσιβιν διωμοσία καρτερὰ ἐφ' ᾧ τὸν Ὀρμισδαν ἀποχειροτόνητον

1. Tyrannide sacramentis constabilita defectioneque foederis interpositi religione confirmata, Varamus auxilia conquirat, civileque bellum inter Persas ingravescit, cum ipsa quoque communis omnium adversus Hormisdam invidia ad eas copias accessionem subsidiumque afferret. etenim Persae prope Nisibim castra metantes et nuper aperto Marte a Romanis devicti, inopinatis super Varamo nuntiis exciti, deserta fide eius ausus imitandi studio concitabantur. id postquam ille rescivit, de exercitu suo legatos cum promissionum illecebris Nisibin mittit, quibus deliniti cives contra cives atrocius miscere et agitare arma coeperunt. admissis itaque legatis Nisibin procedunt. ad portam urbis ut venerunt, in Chubriadanem, unum de Persicis magistratibus, ut apparebat, incidunt, qui ab rege ad rem castrensem inspiciendam veniebat. huic ab equo deturbato summas corporis partes miserabiliter detruncant, caput resecant, et haec implacabilis odii sui argumenta Hormisdæ transmittunt. cum hominem tam crudelem in modum confecissent oppidoque recepti essent, facultatibus eius diripiendis involant, coniurantque acer-

εἶναι καὶ ἰδιώτην ἀντὶ βασιλέως τεκταίνεσθαι. καὶ γοῦν τούτων οὕτως προκεχωρηκότων τοῖς πράγμασι, πρεσβεύονται Πέρσαι πρὸς Πέρσας καὶ ἡγεμόνας πρὸς τὸν Βαρᾶμ ἀποστέλλουσι κατὰ τὴν τοῦ Ζαβᾶ διάβασιν διατρίβοντα. ποταμὸς δ' οὗτος, ὃς ἐκ C
 5 τῶν ὑπερανεστηκότων ὕρῶν ἐκχέομενος καὶ ὑπὸ τῶν βορείων ἀρχόμενος οὐ πολὺς ἐστί τὴν πρόοδον, εἶτα πρὸς νότον φερόμενος καὶ ὑπὸ πολλῶν χειμάρρων καταρδευόμενος ναυσιπóρος γίνεται καὶ κοινωνοῦται τῷ Τίγριδι. ὁ δὲ Βαρᾶμ τοὺς ἄγγελους εἰσώκλιζετο, καὶ λαμπρῇ τῇ φιλοφροσύνῃ τούτους περιαντίζειται. προσ-
 10 τάττει δὲ καὶ διεξιολάβοις δυνάμεισιν ἰχνηλατεῖν καὶ τὰς ἀτραπὸς πάσας κατασφάλλεσθαι, ὅπως μὴδ' ἄγγελος Ὀρμισδά τῶν ἀτυχημάτων γενήσεται. ὁ δὲ βασιλεὺς χαλεπαίνων τε καὶ τετριγῶς τοὺς ὀδόντας, καὶ οὐκ ἔχων ὄπη αὐτοῦ τὰ τοῦ σκοποῦ σχολίη διεξοδον, ὑπὸ τῆς ἀπορίας παράφορος ἦν καὶ τοῖς δαιμονώσιν
 15 εἰκάζετο. (2) Κομεντίλου δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ ἐν ταύ- D
 ταις δὴ ταῖς ἡμέραις τὸ Ἄκβᾶς φρούριον ἡρηκότος καὶ ὥρα χει- A. C. 592.
 μῶνος διαλελυκότος τὸν χύρακα, ὁ Βαρούμις τὸ κατὰ μικρὸν τοῖς τῆς Μηθίας χωρίοις προσέβαλλεν. ὁ δὲ Ὀρμισδάς ἐκ τῶν περιόικων δυνάμεις συναθροισάμενος αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου
 20 προεστήσατο Φεροχάνην τὸν Πέρσην· τὸ δ' ὄνομα τὴν τοῦ μαγίστρου ἀξίαν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐσημαίνεται γλώττῃ. ὁ μὲν οὖν Φε-
 ροχάνης ἡξίου τὸν βασιλέα Ζαδέσπραν, ὃν ἐν εἰρκτῇ δεδεμένον Ὀρμισδάς ἀπέθετο, τῶν δεσμῶν ἀφαιρεθῆναι καὶ συστρατεῦεν αὐτῷ. τούτου δὲ κατυδιαιτήσας ἐτύγχανεν ὧν ὁ Περσῶν βασι-

time, Hormisdas regia dignitate spoliatum in ordinem redacturos. secundum hanc Persae ad Persas, et quidem duces ipsos ad Varamum legant, qui tum ad Zabae fluminis transitum forte considerat. hic in septentrione ab excelsis montibus erumpens alveo labitur exiguo; deinde versus austrum procurrens multisque torrentibus auctus fit navigabilis, et Tigridi undas suas intermiscet. Varanus legatos in tabernaculum introductos omni benevolentia et humanitate complectitur, iubetque postmodum eos a stipulatoribus suis deduci, et obsideri vias omnes, ut ne quem calamitatis suae nuntium Hormisdas possit accipere. qui furor et stomacho exardescens et dentibus stridens, nec reperiens qua tandem ratione consilia sua perficeret, prae angore animi de potestate mentis decedit, eorumque qui a daemonibus exagitantur similis evadit. (2) cum per illos dies Comentiolus dux Romanus arcem Acbas cepisset militemque in hiberna dimisisset, Varamus castella Persidis paulatim adoritur. Hormisdas e locis circumiectis manum conflat, cui Persam nomine Pherochanem (quo magistri apud Romanos dignitas exprimitur) praeponit. orat regem Pherochanes uti Zadespram, qui Martyropoli publicam pecuniam eamque grandem averterat, et ea de causa in custodiam et catenas

P 92 λέος τὴν φρουρὰν· κατάφωρος γὰρ οὗτος ἐγεγόνει χρήματα ἰκανὰ
 ἐκ τῆς Μαρτύρων ἐγκολπωσόμενος πόλειως. Ὁρμισδου δὲ δυσ-
 νασχετοῦντος ἐπὶ τοῖς ῥήμασι, καὶ τοῦ Φεροχάνου καταλιπαί-
 νοντος τὴν ἀξίωσιν, νικᾷται ὁ τοῦ βουσιλέως σκοπὸς καὶ διαζεύ-
 γνται τῶν χειροπεδῶν ὁ Ζαδέσπρας. συνεκστρατεύσας οὖν τῷ
 Φεροχάνῃ, καὶ τοῦ τυραννικοῦ πλησίον γενόμενος οὐ πόρρω τοῦ
 Ζαβῦ ποταμοῦ, αὐτομολῶν παραντίκα ὡς τὸν Βαρούμην ἐχώ-
 V 199 ρησεν, τὴν ἀντίδοσιν τῆς ἐν εἰρκτῇ κακώσεως ἀντιτυλαντεύσας
 Ὁρμισδα. τούτου τοίνυν συνετευχηκότος ἤρθη ἐπὶ μέγα ὁ Βα-
 ρούμι, κυραδοκῶν καὶ ἄπυσαν αὐτῷ τὴν ἀντίθετον προσχωρῆσαι 10
 στρατείαν. ὁ μὲν Φεροχάνης πρέσβεις πρὸς τὸν Βαρούμην ἀπέ-
 B στείλλει, καὶ ἐξήτει τὴν γνώμην μεταβαλλόμενον ἀνάπυλαν τῇ
 τυραννίδι πυρέχσθαι, κατελιπάρει δὲ τοῦτον καὶ δώροις βασι-
 λικοῖς· οὕτω γὰρ προσετέτακτο ὑπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως. ὁ
 μὲν οὖν οὐκ ἐπρίατο τὴν ἔχθραν, ὁ δὲ μᾶλλον ἐντεῦθεν ἐξωνεῖτο 15
 τὸν τύραννον. τὴν τοίνυν διάβασιν προκατειληρότος Φεροχάνου
 τοῦ Πέρσου, καὶ τοῦ τυραννικοῦ ἐπὶ πολὺ τοῖς τόποις ἐνδιατρί-
 βοντος, τὰ σιτία ἐξέλιπεν. ὁ μὲν οὖν Βαρούμι παλαμώμενος τὰ
 τῆς ἐπηρείας κρατύνεσθαι οὐκ ἀναξιολόγῳ σοφίσματι τοὺς ἀντι-
 τεταγμένους ὑπέκλεπεν. ἐξέπεμπε γὰρ τῇ ἀντιθέτῳ δυνάμει 20
 ἀγγέλους διαγορεύοντας ὡς οὐ κατὰ σκοπὸν δρᾷ τὸ ἀντίθετον,
 C ὅπλα κατὰ τῶν ἡδικομηένων περιβαλλόμενον, ὑπομιμησῶν τὸ
 Περσικὸν τῆς Ὁρμισδου τραχύτητος, τό τε τῶν ἐγχειρημάτων
 αὐτοῦ χαλεπώτατον, τὰ τε τῆς δυσσεβείας ἀθέμιτα, παρεδίλου

ab rege datus erat, absolutum expeditionis socium et collegam sibi per-
 mittat. Hormisdas quanquam petitionem inique ferens, Pherochane ma-
 gis magis urgente expugnatur, et Zadespras vinculis levatus cumque illo
 in expeditionem profectus Varami exercitu haud procul a Zaba flumine
 conspecto, ad eum, Hormisdae pretium par pro vexatione carceris re-
 pendens, fuga transit. ea transitione Varamus elatus animo vehementer
 etiam totum adversariorum exercitum ad se transiturum confidebat. Phe-
 rochanes rogatum obtestatumque mittit ut istam mentem exuens tyran-
 nidi finem imponat, et regia dona, quemadmodum a rege mandatum
 fuerat, insuper proponit. verum ille inimicum atque hostem placatum
 efficere nequibat; et hic ista occasione in tyrannide magis obdurabat.
 quoniam igitur Pherochanes fluminis transitum interceperat et hostes diu
 in locis illis sedentes annona deficiebat, Varamus maiora semper detri-
 menta bellica meditans, non incallida et memoratu digna ratione ho-
 stium animos subiit. misit quippe monitum, non recte eos facere qui
 arma contra se iniuria laesum capesserent, et Hormisdae morum saevi-
 tiam ipsis in memoriam revocabat. de facinoribus item eius immanissi-
 mis, de impietate nefaria, de summa perfidia admonebat, et omnino sce-

τε τούτου τὸ ἀπιστότατον, καὶ ἀπλῶς τῶν ἡμιρρηθέντων Ὀρ-
 μίσδα μέγαν τινὰ καὶ πιθανώτατον κατάλογον συνετάττετο· ἔσαι
 γὰρ τὸ δυσμενές ἐστι φιλαίτιον, καὶ μικραῖς τισὶν ἀφορμοῖς με-
 γάλας οἶδε κορυφὰς ἐγκλημάτων τεκταίνεσθαι. ἐπεὶ δὲ τούτων
 5 τὰ περὶ τὸν Φεροχάνην ἠκηκόει στρατεύματα, τὴν γνώμην με-
 τέθετο καὶ νεωτερίζειν ἐγλίχετο. καὶ ἀθετεῖ τὸ τιμώμενον, καὶ
 γεραίρει τὸ κακιζόμενον. καὶ ἦν αὐτοῖς οὐκέτι λοιπὸν τὰ τῆς
 τυραννίδος ἐγκλήματα, ἀλλ' ὥσπερ ἔννομός τις ἢ ἐγχείρησις,
 ἀφορμὴν τῶν δρωμένων ἀπολαβοῦσα τὸ δίκαιον. (3) καὶ γοῦν D
 10 ὁ Ζοανὰβ (εἷς δ' οὗτος τοῦ Διλιμνιτικοῦ ἔθρους ἡγούμενος), οὐ
 μὴν ἀλλὰ καὶ Σαράμης ὁ νέος, τὸ τηρικαῦτα μὲν καιροῦ τοῖς δο-
 ρυφόροις τοῦ στρατηγοῦ καταλεγόμενος, ὕστερον δὲ τῶν τοῦ
 βασιλέως Χοσρόου σωματοφυλάκων ἐπιστατῶν, ἑτέρας ἀρεγόμε- P 93
 νοι λήξεως τῆς τε μεταβολῆς τῶν πραγμάτων λίαν ἐκόπῳς γλι-
 15 χόμενοι συνωμοσίαν διέθετο, ἐξαπιναιῶς τε ἐπελθόντες ἀναι-
 ροῦσι τὸν Φεροχάνην νυκτός, ἀμύνοντος παντελῶς οὐδενός. οὗ
 δὴ γεγονότος ἐς ἀρπαγὴν τῶν τοῦ στρατηγοῦ χρημάτων πάντες
 ἐτρέποντο. ἦκε γοῦν πέμπτη ἡμέρα ἀγγελία τῷ Περσῶν βασιλεῖ
 τούτων δὴ τῶν ἔναγχος συμβεβηκότων τῷ στρατηγῷ. καταπλα-
 20 γαίς τοιγαροῦν ἐπὶ τῇ τῶν κακῶν ἐπίδοσει Ὀρμίσδας ἀπῆρε τῆς
 Μηδίας, ἐν ἣ τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο, καὶ τῇ Κτησιφῶντι
 προσομιλεῖ. τὰς τε περιλοίπους δυνάμεις ἀναλεξάμενος τῆς ἐς
 αὐτὸν περιφρουρᾶς διετίθετο, ὡς ἐνῆν, τὴν φροντίδα. οἱ δὲ B
 τῶν βασιλείων οἰκήτορες ἀστέων τούτων δὴ τῶν πεπραγμένων ἐν

3. τὸ δεεσ IP.

lerum ipsius longum veroque maxime consentaneum catalogum contexe-
 bat. malevolentia enim semper querula est, et ex occasionibus parvis
 magnas accusationum moles construere consuevit. haec ubi Pherochanis
 exercitus audivit, mutato consilio res novas incipit; quodque honorem
 meretur, id reiicit et vilipendit, quod vituperationem, id amplectitur et
 veneratur; nec iam tyrannidem in crimen vocat, sed pro molimine legiti-
 mo ducit. quae iustitiam pro rerum agendarum occasione arripiat.
 (3) igitur Zoanab e ducibus Dilimnitarum, itemque Sarames iunior, qui
 tum in satellitibus Pherochanis numerabatur et postea Chosroae satelli-
 tum praefecturam obtinuit, alius sortis appetentes novique rerum status
 percupidus, conspirationem ineunt, ac de nocte Pherochanem omni defen-
 sione nudatum repente adorti obruncant; moxque ad eius suppellectilem
 agendam ferendamque omnes convertuntur. caedis huius nuntius die
 quinto ad regem perfertur, qui hoc malo ad caetera nuper addito con-
 sternatus e Perside, ubi habitabat, Ctesiphontem petit, collectoque
 quidquid militum supererat, custodiam sui, ut dabatur, instituit. indi-

γνώσει γινόμενοι τὰς ψυχὰς ἔξεπλήττοτο, καὶ τῷ νεωτερισμῷ τῶν πραγμάτων ἐς τὰ μάλιστα τεθηπότες οὐκ ἔχον ὃ τι καὶ δράσωσιν· οἶδε γὰρ παράδοξον ἄκουσμα θάλλον ταῖς ψυχαῖς ἔξεργάζεσθαι, καὶ τῇ ἀθρόᾳ ἐνδημίᾳ ταῖς ἀκοαῖς ἐνήμερον ἅπασαν ἀνατροπὴν λογισμῶν ἐμπορεύεσθαι. ἡμεῖρα δὲ τρίτη, καὶ Βινδὸν τὸν δέσμιον, τὸν Ἀσπαβέδου μὲν υἱόν, πρὸς γένος δὲ συνημμένον Χοσρόῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ, ἐν χειροπέδαις τὴν εἰρκτικὴν ἐνοικοῦντα καὶ ὑπὲρ Ὁρμισδοῦ εἰκῆ ποιηλατούμενον ὁ Βεστάμι, ὃς ἀδελφὸς τούτου ἐτύγχανεν ὢν, τῆς φρουρᾶς ὑπέστηγεν, C ὑπόντος οὐδενὸς τοῦ κωλύοντος. ἐπεὶ δὲ γαλήνῃ τῶν ἀτυχημάτων γέγονε τῷ Βινδῷ, πλήθος ἔκ τῶν περὶ τῶν Φεροχάνην εἰσβάλλει πρὸς τὰ βασίλεια τρίτῃ ὥρᾳ τῆς ἡμέρας, καὶ ἐντογγάνει V 200 Ὁρμίδα. οὗτος δὲ τὸν βασιλεῖον θρόνον περιεκάθητο, ἐσθῆς δ' αὐτῷ τύραννος ἑμοῦ καὶ βαρύντιμος, ἣ τε τιάρρα χρυσοῦ τε καὶ λιθοκόλλητος, ἐνέρσει ἀνθρώκων ἀπολάμπουσα τῇ λαμπρότητι. 15 περιερεῖτο δ' αὐτῇ καὶ ὁ μαργαρίτης εἰς τὸ δαυιλὲς τό τε κράνος καταυγαζόμενος, τὴν τε σμαραγδόχλοον ὥραν ἐκύμαιεν, ὡς μικροῦ δεῖν συναπολιθοῦσθαι τὸν θευτήν ὀφθαλμὸν τῷ ἀο- D ρέστῳ τῆς καταπλήξεως. ἀναξυρίδες δ' αὐτῷ χρυσοπολίλοι, ἔργον ὑφάντου χειρὸς μέγα τιμίας. καὶ τοσαύτην ἔειχεν ἡ στολὴ 20 τὴν τρυφὴν ὀπίσθη ἐβούλετο ἢ τῆς σοβαρότητος ἔφισις. ἤρετο οὖν ὁ βασιλεὺς Βινδὸν ὅπως τε αὐτῷ ἢ τῆς φρουρᾶς ἀπήνησεν ἀναχώρησις, τὰ τε τῆς τόλμης κινήματα, τῆς τε περιπόλου θυ-

20. μεγάλης IP.

genae porro urbium regiarum his intellectis percelli, et novitate rerum attonitis animis quid sperent non habere. solet enim inexpectata auditio commovere mentem, et tota simul auribus infusa cogitationes omnes disturbare atque evertere. tertia luce Bindoem Aspabedi filium, Chosroae Persarum regi propinquitate iunctum, quem Hormisdas inconsulto poenae subdiderat et in carcerem compacto brachia vinculis astruxerat, Bestamius frater eius nemine prohibente subducit. ubi ex rebus turbidis Bindoi serena tempestas est reddita, Pherochanis agmen hora diei tertia in regiam impetu facto in Hormisdam irruit. sedebat is in solio regali, veste regia et pretiosa coopertus. caput velabat tiara ex auro, gemmis distincta et insertorum splendore carbunculorum rutilans et unio-nibus florens largiter, qui et ipsam illustrabant et smaragdini viroris pulcritudinem candore suo perfundebant, ut propemodum ipsi quoque spectantium oculi prae insaturabili pretiosissimorum lapidum stupore col-lapidescerent. femoralia sumptuosa auri subamine picturata cernebantur. tunica tam luxuriose delicata erat quam fastui ac superbiae colli-buerat. percunctabatur itaque Bindoem rex, quinam e carcere evasis-set; unde illi tanta audacia tamque subiti stipatorum greges. ille pro-bris et maledictis regem coram liberrime et uberrime conscindere, quod

νάμειως τί ἂν εἶη τὸ αὐτοσχέδιον. ὁ δ' εἰς εὐήκοον τοῦ βασιλέως
 ἐλοιδορεῖ τε καὶ ἐβλασφήμει ἐς τὸν Ὁρμισδαν, οὐκ ἐχούσης τὸ
 λοιπὸν πύλην τῆς γλώττης διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀκοσμίας παρρησίαν
 ἀκένδυνον. μηδενὸς τοίνυν κατασφριττοντος Βινδόου, ἢ ὑπόν-
 5τος τοῦ ἐπιπλήττοντος φειδοῖ τῆς βασιλικῆς τιμιότητος, ἤρετο
 τοὺς ἐν ἀξία τελούοντας Ὁρμισδας εἰ τούτοις ἤδεται τὸ παρεστη-
 κός. πάντων δὲ καταβοώντων Ὁρμισδοῦ, ὁ Βινδόης ἐλόμενος
 τῆς χειρὸς τὸν Ὁρμισδαν ἔξανιστῆ τοῦ θρόνου, ἀπεγύμνου τε
 τὴν κεφαλὴν τοῦ διαδήματος, καὶ τοῖς σωματοφύλαξιν ἐς φρου-
 10ρὰν παρεδίδου. καὶ οὕτως τῆς τύχης τῆς περὶ τὸν Βινδόην ἀν-
 τιμεταβαινούσης ὁ Ὁρμισδας ἐξ ἂν ἔδρασεν ἔπασχε, μαθὼν ὡς P 94
 οὐ δεῖ λυμάλνεσθαι τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντας. ὁ δὲ τούτου παῖς
 ὁ Χοσρόης καθαιρεθέντα τῆς βασιλείας τὸν Ὁρμισδαν ἀκηκώς,
 τοὺς ἡθάδας χώρους ἀπολιπὼν ἐπὶ τὸ Ἀδραβιγάνον τὴν ἀπόδρα-
 15σιν ἐπεποίητο δέει τῶν συμβεβηκότων Ὁρμισδα κινδύνων, ὑποτο-
 πύσας μὴ πού γε καὶ ἐς αὐτὸν τὰ τῆς συμφορᾶς σχολή διάβασιν.
 ὁ μὲν οὖν Βινδόης ἰχνηλατεῖ τὰ τοῦ Χοσρόου κινήματα· ἐπεὶ δ'
 ἀνερευνωμένῳ κατὰ νοῦν ἐχώρει τούτῳ τὰ πρῶγματα τοῦ τε Χοσ-
 ρόου γέγονε κάτοχος, ἤξιου ἐπαναξεῦξαι τὸν βασιλεῖον θρόνον B
 20ληψόμενον. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης ἐνέχυρον ὄρκου λαβὼν τῆς πι-
 στώσεως ἐπαῆκεν ἐς τὰ βασιλεια. τῇ δ' ὑστεραία Ὁρμισδας ἄγ-
 γελον ἐκ τῆς φρουρᾶς ἀποστειλούμενος παριδήλου ὡς ἐθέλοι τὰ
 συνοίσοντα λέξιν τῇ Περσῶν πολιτείᾳ, τοὺς τε σατράπας ἤξιου
 ἰὸς αὐτὸν παραγενέσθαι καὶ τοὺς ἐν ἀξίαις τελούοντας καὶ ὑπερο-
 25χαῖς, τοὺς τε τοῦ βασιλέως σωματοφύλακας ἅπαντας· μηδὲ γὰρ

20. an ὄρκους?

perturbatus rerum status tutam ei licentiam largiebatur. quem quia nemo
 interpellabat aut verbis castigabat pro tuenda regali excellentia, Hor-
 misdas magistratus interrogat num qui astarent haec libenter audirent.
 illico omnium clamore coorto Bindoes eum a throno abstrahit, et ablata
 a capite tiara satellitibus in custodiam abducendum committit. sic affli-
 cta Bindois fortuna vicissim ad alium migrante, Hormisdas facta sua
 luit, discitque non esse lacessendos, qui iniuriarum ipsi nihil fecerint.
 Chosroes filius, parentem regno motum accipiens, cum timeret, ne se
 quoque paterna calamitas involveret, e locis ubi habitare consueverat,
 Adrabiganum fugit: fugientem Bindoes sequitur. sed ubi secum de re-
 publica diligentius cogitavit, eumque est adeptus, ut in paterno solio
 collocando revertendum illi censuit. qui fide cum sacramento data pi-
 gnori accepta, in regnum se recepit. postridie Hormisdas e carcere
 mitit, cupere se Persarum communi suadere salutaria, oratque uti sa-
 trapae, et qui fungantur honoribus, quique in altiore gradu sint, cu-

περὶ μικρὰν τῶν λόγων ὑπεῖναι αὐτῷ τὴν ὑπόθεσιν. τούτων τοι-
γυροῦν διαγγελθέντων τοῖς ἐξέχουσι τῶν βαρβάρων, ἐκκλησία
πρὸς τὰ βασίλεια γίνεται. ἐπιξάγεται δὲ τῆς φρουρᾶς καὶ ὁ Ὀρ-
μίσδας, ὅπως τοῖς ἐπηγγελμένοις αὐτῷ πέρας προθήσοιτο. τοῦ
τοίνυν ξυλλόγου συγκεκοτημένου πρὸς τὰ ἀνάκτορα, Ὀρμίσδας 5
ἐς μέσον ἐστῶς τῶνδε τῶν λόγων ἀπήρξατο.

- C 4. "Ἄνδρες θεαταί, ἀλλ' εἴθε μὴ βασιλικῶν ἀτυχημά-
τιων δημιουργοὶ μοι γεγόνατε· οὕτω γὰρ οὐκ ἂν ἐκληρώσασθε
βασίλεια δημηγόρον ἅμα καὶ δέσμιον. ἄνδρες νυνὶ μὲν γαῦροι
πολέμιοι, τὸ δὲ πρότερον ὑπήκοοι καὶ μετὰ δέους πειθήνιοι. ἄν- 10
δρες θεαταί, ἀλλ' εἴθε μὴ τηλικούτων κακῶν προήλθετε σήμερον
ὑπηρέται καὶ μάρτυρες. εἰ συγχωρήσοι τὸ δάκρυον, φωνὴν
ἀφ' ἧσω προξενούσαν αὐθις τὸ δάκρυον· ὄρω γὰρ ὑμᾶς ἐπεντρυ-
φῶντας τοῖς ἀδικήμασι καὶ κροτοῦντας τῷ χεῖρι, τοῖς ὀδοῦσι δὲ
D τετριγύτας, τοῖς δὲ προσώποις μυκτηριζομένους ἁμοῦ καὶ φενα- 15
κίζοντας, ἐκχύτους τῷ γέλωτι, ἀσχέτους τοῖς ὀνειδίσμασι, καὶ
εἰ μὴ σφάλλομαι, παιγνίων ὑπόθεσιν ἔχοντας βασιλείας νόμιον
αἰδέσιμον. πάρεστιν γὰρ ὑμῖν ἐν μέσῳ προκειμένος ὁ πρὸ μι-
κροῦ καθάπερ θεὸς προσκυνούμενος αἰχμάλωτος ὑπὸ τῶν πολλῶν
ὑμπιζόμενος, ὁ ταῖς ἀλοურγίαι περιρροόμενος τῶν σισηπότα ῥάκη 20
V 201 περιβαλλόμενος, ὁ θρύψει χρυσοῦ καὶ μαργαρίτου κατακοσμού-
μενος νῦν σχολίῳ σιδηροτέκτῳ ταιλαιπωρούμενός τε καὶ κακον-
P 95 γούμενος, ὁ τὰς τρίχας εὐθετιζόμενος καὶ τοῖς μύροις καταπνεό-

stodes etiam regii universi ad se convenient: non enim de re parvi mo-
menti verba facturum. haec ubi barbarorum principibus nuntiata sunt,
conventus fit in regiam, educitur e custodia Hormisdas, promissa prae-
stiturus. coetu igitur in palatium coacto, stans in medio, sic est pro-
fatus.

4. "Viri spectatores (utinam vero mihi regi vestro harum calamita-
tum non etiam architecti fuissetis, sic enim regem concionatorem, et
eundem vincum non habuissetis.) viri, nunc superbi hostes, paulo ante
subditi, et non sine timore obedientes. viri spectatores (utinam vero
tantorum malorum etiam auctores mihi, atque testes hodie non essetis)
nisi vocem lacrimae intercludant, vocem mittam, quae rursus provocet
lacrimas. video enim vobis nihil esse iucundius, quam iniuste laedere,
et plaudere manibus, et frendere dentibus, et subsannare simul ac ludi-
ficari, et effuse irridere, et impotenter maledicere: ac, nisi fallor, pro
lusu puerili veneranda regni legitima ducere. adest enim nunc in medio
vestrum captivus, et ab infimis fuste mactatus, qui paulo ante tanquam
deus adorabatur. qui purpura induebatur, nunc pannis putrescentibus
tegitur. qui auro et margaritis in deliciis collucebat, modo in catena
ferrea aerumnam exigit. qui capillum scite eleganterque componebat, et

μενος νῦν ἀσχιστόως σκληραγωγούμενος καὶ τῷ ῥύπῳ καὶ τῇ κόνι
 τῇ τε λήμῃ τῶν ὀμμάτων καὶ τῇ συμπλοκῇ τῶν βοστρυχῶν κατη-
 γριώμενος τὴν πρόσοψιν, ὃ τοῖς μυρλοῖς γένεσι τῶν ἔδεσμάτων
 κολακευόμενος νῦν ἀπόσιτος καὶ μικροῦ δεῖν καὶ τῶν τυχόντων
 5 σπανιζόμενος ἄρτων, ὃ τοῖς χρυσοφόροις θαλάμοις ἐνδιατώμε-
 νος κλίνας τε χρυσαῖς ἐμβλακευόμενος καὶ σισύρις λαμπραῖς ἐν-
 τρυφῶν καὶ ἐφιστρίσι μεγαλοπρεπέσιν ἐγκυλινοούμενος νῦν ἐν
 εἰρκτῇ στενοχωρούμενος καὶ πρὸς τοῦδαφος κατερριμμένος, μήτε
 λείψανα ἐντελῶν ἀμφιασμάτων περιφερόμενος. ὄρῳ δὲ καὶ τῶν
 10 προπατόρων τὸ κλέος προπηλακιζόμενον σήμερον ἐξ ὧν εἰς ἡμᾶς B
 ἀνοσιουργοῦντες ἑδρούσατε, οὓς ἐχρῆν ἀθανάτων τιμαῖς θερα-
 πεύεσθαι ἐκ τῆς περὶ τοὺς ἀπογόνους ἰσοθέου δορυφορίας προσα-
 γομένης ὀσημέρι. ἐπεὶ δὲ καὶ φύσει παρ' ἡμῖν θεσμὸς ἀνα-
 τέτραπται καὶ νόμοι κράτους ἠθέτηται καὶ τάξις μοναρχίας κα-
 15 ταπεινύεται καὶ δίκης ἠφάνισται πρυτανεῦματα καὶ ἀντίδοσις
 τῶν βεβιωμένων φροῦδος καθέστηκεν, οὐκ ἐπιλήσομαι τῆς βα-
 σιλικῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἐνόμια τῆς τοῦ γένους συστάσεως τὰ συνό-
 σοντα τῇ Περσῶν πολιτείᾳ διέξιμι. ἄνδρες σατράπαι, καὶ ὄσοι
 περὶ τὸν βασιλεῖον τουτονὶ συνηθροίσθητε χῶρον, κοινὰ κατὰ C
 20 τῆς τυραννίδος στρατολογήσατε δόγματα, μὴ περιορῶντες ἐς τὸ
 λοιπὸν ἐπηρεάζεσθαι βουσιλείαν ὑπερφυῖ τε καὶ δυνατωτάτην,
 πρὸς βυτίδ' αὖτε καὶ φροβρωτάτην τοῖς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦσιν ἄν-

unguenta spirabat, nunc tractatur foedissime et durissime, sordibusque ac pulvere, et oculis lacrimarum ac pituitae profluentia pene concretis, et implicatione crinium totus horridus et esseratus redditur. qui mille ferculorum generibus fovebatur, nunc victu caret et tantum non cibario pane eget. qui in thalamis versabatur inauratis et in lectis iacebat aureis molliter, gaudebatque stragulis fulgentibus, et enervabatur in sumptuosis amictulis, nunc in carcere coartatur, humi cubat, nec illi saltem vilium vestimentorum frusta ad velandum corpus suppeditant. quin etiam maiorum meorum decus et gloriam hodie per ea, quae in nos impie designastis, contumeliose despici video, quos honoribus colere sempiternis oportebat, ut eorum nepotibus quotidiana et augusta satellitum atque custodum praesidia constitueretis. sed quanquam apud vos et naturae ius eversum est, et potestas legum nihil valet, et status monarchiae sub pedes subiectus et iustitiae profligata administratio et rerum in vita bene gestarum relegata remuneratio, non obliviscar tamen virtutis regiae, sed benevolentia et amore erga Persici generis universitatem impulsus, quae communiter in rem fore intelligo, iam nunc explicabo. viri principes, et quotquot in hanc domum regiam pedem attulistis, communita adversus tyrannidem decreta sancite, nec regnum longe nobilissimum, potentissimum, vetustissimum, totique terrarum orbi in primis formidabile ullis de caetero damnis et incommodis vexari sustinete. alioqui principatum eximium destructis, multorum triumphorum monumenta con-

Θρώποις. εἰ δὲ μὴ, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσητε, καὶ πολλῶν τροπαίων ὑπόθεσιν ἀνατρέψητε, καὶ μεγίστης δόξης ἀκρόρειαν καταβάλητε, μοναρχίαν τε δυσκατωγώνιστον διυρρήξητε, κύντεϋθεν τῆς εὐδαιμονίας στερηθήσεσθε Πέρσαι, τῆς ἐξουσίας ἀναιρεθείσης ὑμῖν, τῶν περὶ τῆς βασιλείας νόμων ἄτετηθέντων 5 διὰ τὸ τύραννον. ἀταξίας γὰρ στάσις πέφυκε πρόοδος, τὸ δ' ἄτακτον ἄναρχον, ἀναρχία δὲ λύσεως ἀφορμὴ, ἐκ τυραννίδος λαχοῦσα τὴν γένεσιν. αὕτη τὴν πολυαρχίαν ὠδίνουσα τὰ προὔπηργμένα καλῶς κακῶς διατίθησι, καὶ τῷ ἀνωμίλῳ τοῦ κράτους τῷ τε ἀσυμφώνῳ τῆς σιύσεως τὸ ἐνιαῖον καὶ σύντονον τῆς ἀρχῆς 10 διαλύσασα πάντα πύσχειν ἢ δρῶν τοὺς φιλοτυράννους ἠνάγκασε. βασιλείας γὰρ σκύφος πολλοῖς τοῖς πηδαλίοις οὐκ ἐπιβλήσασα μικρὰ τις σπιλάδος ἐπιδρομῇ κατεβύπτισε, περισχιζομένης τῆς κυβερνήσεως πρὸς τὰς τῶν πολλῶν ἀντιθέτους ἐπιβολάς, ἄλλοτε ἄλλου P 96 πρὸς τὸν οἰκίον σκοπὸν ἐπειγομένου κυβερνῶν τὸ ἀκάτιον. οὐκ 15 σὺν εἰ μὴ τοὺς τυράννους ἀπολιμήσετε, τὴν βασιλείαν δουλαγωγῆσετε καὶ παῖγιον τοῖς ἔθνεσιν ἔσεσθε, τῷ ἀσυμφώνῳ τῆς τοῦ βίου διαγωγῆς κατακληρωσάμενοι τὸ εὐάλωτον. ἔτι Βαράμ ἐν ποσίν, ἔτι τοῖς ὄπλοις ἀκκίζεται, ἔτι τῆς ἔβρεως ἔχεται, στρατεύσας κατὰ τῆς Περσίδος τὴν μάχαιραν. τεθνήτω παρα- 20 νάλωμα Θηρίων γενόμενος. μὴ τιμᾶσθω ὁ τοῦτου νεκρὸς τῇ ταιρῇ, ἵνα μὴ ταῖς λαγόσι τῆς γῆς σηπεδόνα ψυχῆς βδελυρῆς

9. τῷ deest IP.

vellētis, et amplissimae gloriae altissimum fastigium deiicietis, monarchiamque pone invictam dissipabitis. hinc adeo felicitatem vestram amittetis, cum per tyrannum legibus de regno abrogatis potestatem in posterum nullam obtinebitis. seditio enim est ad confusionem et tumultum via. ubi confusio, ibi contumacia et imperii detrectatio. detrectare autem imperium, et nolle agnoscere dominum, rerum labefactionem producit, a tyrannide sumpto principio, quae ipsa multorum dominationem pariens bene habentia corrumpit, et imperii inaequalitate seditionisque discordia unitatem et continuum perpetuumque tenorem principatus dissolvens tyrannidem arripientes omnia facere aut pati compellit. navim quippe regni multis gubernaculis gubernatam saxum aliquod non magnum e mari prominens occursum suo fractam demergit, divisa gubernatione ac propter multorum oppositos inter se flexus alio aliter, pro suo scopo, in eius rectionem animum intendente. quocirca nisi tyrannos contriveritis, servitute regnum mutabitis et gentibus ludibrio eritis, cum vos propter dissimilia vitae instituta subactu faciles praebebitis. adhuc Varanus ante pedes est; adhuc armis lascivit; adhuc districto in Persidem gladio male facere perseverat. moriatur ac belluis devorandus obiciatur. ne sepulcro honestetur, ne in viscera terrae detestabilis animae

κατασπείρητε. ἀπογυμνούσθω τὴν κεφαλὴν καὶ Χοσρόης τοῦ
 διαδήματος. οὐκ ἔστι βασιλικὸς τὴν ψυχὴν, οὐκ ἀρχικὴ διανοία B
 κεκόσμηται, οὐκ ἔξουσιαστικὸν τούτου τὸ φρόνημα. ἀκάθεκτός
 ἔστι ταῖς ὀρμαῖς, λυσσώδης πέφυκε τὸν θυμὸν, ἀφιλότιμον
 5 αὐτῷ περικέχεται βλέμμα, οὐκ οἶδε νόμοις προνομίαις σεμνύνεσθαι,
 τὸν τρόπον ἔστιν ἀγέρωχος, τὴν ὄρεξιν φιλήδονος πέφυκε, πάντα
 δεύτερα τίθεται τοῦ βουλήματος, οὐκ ἀκαδοκεῖ τὸ συνοῖσον,
 τὴν εὐβουλίαν οὐκ ἐναγκαλιζέται, τὸ φιλότιμον ἀποπέμπεται, τῇ
 φιλοχρηματίᾳ προσπλέκεται, φίλιος ὢν καὶ φιλοπόλεμος καὶ τῆς
 10 εἰρήνης ἀνόρεκτος. χειροτονήσω δὲ τῷ λόγῳ βασιλεῦ σήμερον
 ὑμῖν τὸ μειράκιον, ὃς παῖς ἐμὸς πέφυκεν ἀγαθός, ἀδελφὸς Χοσ- C
 ρόου τὴν φύσιν, ἀλλ' οὐκ ἀδελφὸς τὴν προαίρεσιν. ἢ οὐκ εἰς V 202
 μέγα τὰ Περσῶν περιήγαγον τάξεως, τῷ τῆς μεγαλοφροσύνης
 οἴασι τὸ Βαβυλώνιον διδύμων πολίτευμα; βύσανος δὲ τῶν λό-
 15 γων Τηῆροι φορολογούμενοι, οἱ Διλιμνῖται καταθέντες κατὰ
 τῶν ὀπλων τοὺς ἀγένας ἡμῖν, Ῥωμαῖοι πόλεις ἐπιφανεῖς ἀποβαλ-
 λόμενοι καὶ τὰς δευτέρας τύχας τῇ ἐκπτώσει τῶν πρώτων δα-
 κρύνοντες. ταῦτα μὲν ἐγὼ ἅπαντα δρῦσας καὶ πεπονθῶς διὰ τὸ
 τῆς τύχης εὐμετάβολόν τε καὶ ἄστατον. ὑμῖν δὲ ἐν ἔξουσίᾳ τὸ
 20 ἔχεισθαι τὴν τοῦ συνοῖσοντος ἔφεσιν, ἢ καταμελήσαντας τοῦ κα-
 λοῦ τὰς δευτέρας φροντίδας ἀποδοκιμάζειν, καὶ τῷ μεταμέλω D

15. μετὰ interprea.

20. καταμελετήσαντας IP.

putidum cadaver condatur, et Chosroae caput ne cingatur diademate.
 non est in eo regius animus, non ingenium principe dignum, non impe-
 ratorii spiritus. cupiditatum est incontinens, ira et rabie furit; trucu-
 lento est aspectu, ad providentiae praescriptum graviter se gerere ne-
 scit, moribus superbus, in voluptates praeceps; voluntatem suam rebus
 omnibus anteponeit; quod profuturum videatur, non expectat; consilia
 bona non amplectitur, laudis et honoris studium aversatur. avaritiae
 est implicitus, litigiosus, belli cupidus, pacis inimicus. decernam autem
 verbo vobis regem hodie adolescentem, eundem filium meum, praesta-
 bili probitate praeditum, qui cum sit natura Chosroae frater, non est
 frater etiam studiis ac voluntate. an vero ego cum magnitudine animi
 regnum Persicum administrans bello magna non gessi? vera me loqui
 testes sunt Turcae, qui nunc tributa nobis pendunt. testes Dilimnitae,
 qui cum armis cervices quoque nobis submitserunt. testes Romani, qui
 praeclaris urbibus amissis felicem sortem in adversam sibi conversam la-
 mentantur. haec ego sentio, qui propter fortunae mutabilitatem incon-
 stantiamque foeci et passus sum omnia. in vestro situm est arbitrio id
 expetere quod cum rei publicae emolumento coniunctum existimabitis,
 aut neglecta utilitate secundas curas meas reicere, et peccati poeniten-

τῶν ἡμικτημένων πρὸς τὰ ἐν ποσὶν ὅ τι καὶ πράξετε διηπορηκό-
τας ὀδύρεσθαι.”

5. “Ὅτε τοίνυν ἀπέρρει Ὁρμισδα τὰ τῆς διαλέξεως νοουθε-
τήματα, Βινδύης ὁ Πέρσης βρασματώδη συστησάμενος γέλωτα
ἀπεισοκρούειεν Ὁρμισδον τοῦ διαλόγου τὴν ἔκθεσιν, ἐς μέσον δὲ 5
ἀνιστάμενος τάδε πῶ ξυλλόγῳ παρέθετο.

P 97

“Ἄνδρες ὁμόφυλοι καὶ σύμμαχοι καὶ μισοτύραννοι, ἀλλ’
εἰ μὴ νομοθετούντων ἐτι τυράννων ἀνέχεσθε. ἀδικεῖ καὶ νῦν
ἰδιωτεύων ὁ τύραννος. ἐτι τῶν λόγων τὸ κράτος ἀμπέχεται, καὶ
προστώττειν διεγχειρεῖ, καὶ βασιλεύει δημηγορῶν, καὶ θεσμοθε- 10
τεῖ ἐπὶ βήματος, καὶ κατηγορεῖ στρατηγῶν, ἀποδοκιμάζει τε βα-
σιλείαν, καὶ χειροτονεῖ τὸν μοναρχήσοντα, καὶ πάντα πάρεστιν
αὐτῷ ἐν ποσὶν ὅσα οὐδὲ τὸ τῶν ἐνυπνίων φιλότιμον δωρεῖσθαι
τοῖς ἀπατωμένοις δεδύνηται, μήτε τοσοῦτον ἐννοηθῆναι δυνά-
μενος, ὡς οὐ πέφυκεν ἐν συμβούλων μοίρῃ γνωρίζεσθαι τοὺς μὴ 15
τὰ περὶ ἑαυτῶν διαθεμένους ἐπιδειξίως τοῖς πράγμασι. πόθεν
B ὄν ἡμῶν ἐνέχυρον τῆς εἰσηγήσεως καταθήσει λίαν ἑδραῖον καὶ
ἄξιόχρεων; ἢ τὴν ἑαυτοῦ τύχην κατεγγυῶν ἡμῶν ἐσοφίστευσεν,
ἐθέλων ἡμᾶς συνδεσμίους θεύουσθαι καὶ τῶν αὐτῶν παιδημάτων
κοινωνοὺς ἀνευθύνους; οὐ γὰρ τῶν ἐκείνῳ πεπλημμελημένων με- 20
τέσχομεν τυραννόμενοι. πῶς δὲ κατὰ τυραννίδος γλῶτταν κε-
κίνηκεν ὁ μηδένα νόμον Περσῶν καταλιπὼν ἀτυράννητον, ὁ λη-

12. μοναρχήσαντα IP.

tia ductos, quia quid faciendum esset in rebus manifestissimis dubitave-
ritis, in luctum vos dare.”

5. Ubi Hormisdæ admonitio finem habuit, Bindoes immodico risu
diffluens Hormisdam cum sua concione in malam crucem abire iussit.
ipse in medium surgens concilium sic est affatus.

“Viri cives atque socii et tyrannidis osores (si tamen tyrannos
etiam nunc vobis leges imponere conantes non toleratis), etiam privatus
nobiscum iniuste agit tyrannus iste. adhuc imperiose loquitur, et iubere
audet, et concionando regnat, et quasi e tribunali leges præscribit,
duces accusat, statum regni improbat, monarcham creat, et omnia ei
prompta ac parata sunt quæ nec somniator ullus unquam per quietem
sibi falso donata videre potuit. nec istuc saltem apud se cogitare pot-
est, non solere pro consiliariis agnosci qui res suas ipsi male procura-
verunt. quod igitur suasionis suæ pignus adeo firmum et idoneum da-
turus est? fortunamne suam sponsione obstringere nobis veteratorie me-
ditatus est, volens nos una secum vinculis oneratos eorundemque casuum
socios quanquam innocentes aspicere? nec enim cum eius tyrannidi sub-
essemus, paria cum illo delicta conscivimus. quomodo autem adversus
tyrannos linguam movere non dubitat, qui nullam Persarum legem tyran-

στρικώτερον ἄρξας, καὶ τὴν ἔξουσίαν κιβδηλεύσας τῇ βίᾳ, ἐπομ-
 βρήσας δὲ τοῖς φόνοις παρὰ πάντα τὸν τῆς ἡγεμονίας καιρὸν, καὶ
 μικροῦ δεῖν τὸν Τίγριν ἀποχερσώσας τοῖς σώμασιν, ὃ τοῖς τά-
 φοις εὐθνήλιαν πραγματευσάμενος, καὶ τοῖς αἵμασι καταπαίλιων
 5 τὴν μάχαιραν, καὶ σπάνιν ἀνθρώπων ἐκπορευόμενος, ἵνα τὴν C
 κακίαν ἐξ ὀλιγανδρίας ὠχυρωμένος ἀθάνατα τὰ τῆς τυραννίδος
 ἀποκληρώσῃται. παίδων γνώμης ἐκδιαιτητῆς ὃ μὴ ταῖς ἑαυτοῦ
 πράξεσι δεδικακῶς τὰ συμφέροντα. ἄπαγε τῆς ἀτοπίας, Ὁρ-
 μίσδα. οὐ σοφιστεύουσι μετὰ καθάρσεις τύρανοι· οὐ νομο-
 10 θετοῦσι γεγονότες ὑπήκοοι· οὐ συμβουλεύουσι κατακριθέντες τὸν
 θάνατον. ἐπεὶ τοίνυν τῶν ὑπηκόων οὐ πρόσεστί σοι τὸ λοιπὸν
 τυραννεῖν, ἐπήρειαν κατὰ τῶν παίδων ὃ δειλαιος ἐμμελετήσας
 ἀδικεῖν τῷ νεωτέρῳ τὸν πρεσβύτερον εἶλον, ἵνα μὴ σχολῆ ποτὲ D
 τὰ τῆς σῆς ἀδικίας ἀνάπαυλιν. τὸ Τουρκικὸν ὑποφόρους τελεῖ.
 15 ἄλλ' οὐ τῆς σῆς ἀγγιολίας ταῦτα πέφυκε μελετήματα· ταῦτα
 προνοίας ἔργα καὶ θανατῶντες Πέρσαι ἀρεταῖ τε στρατηγῶν κα-
 λῶς ἐτεκτῆναντο. πόλεις καὶ ἄστεα τὸ Ῥωμαϊκὸν ἀπιδύσατο.
 ἄλλ' οὐ πεισθήσονται Πέρσαι· οὐ γὰρ τὰ πρῶγματα τοῖς λόγοις
 συνδιατίθενται. ἢ οὐχὶ θυραυλοῦσιν ἡμῶν τὸν πόλεμον παίζον-
 20 τες, καὶ φιλεπίδημον φόνον κατασπιλάζοντες περὶ τὴν Περσικὴν
 ἀναχέονται φάραγγα, καὶ τὸ κωλύσον οὐκ ἔστι διὰ τὸ σὸν φιλο- V 203
 πόλεμον; πλήρεις οἱ σοὶ θησαυροὶ τοῦ χρυσοῦ. ἀλλὰ καὶ τῶν

nidis suae expertem reliquit? qui regnavit ut latro, potestatemque vio-
 lentia corrupit ac depravavit. qui per omne regni sui spatium caedibus
 multo creberrimis debacchatus, Tigrin iniectis a se iugulatorum corpori-
 bus propemodum innavigabilem effecit. qui sepulcris omnia replere con-
 tendit, gladium sanguine pinguefaciens et raritatem hominum importans,
 ut ex paucitate vivorum quaesito improbitati suae tutamento tyrannidem
 exercere immortaliter posset. filiorum indolem mentesque diiudicat, qui
 quid ipse utiliter agere deberet iudicare omisit. apage, Hormisda, cum
 ista tam insolenti novitate. non philosophantur post abdicationem ty-
 ranni; non dant leges ipsi redacti sub leges; non dant consilium damnati
 capitis. et quia posthac cives iniquo imperio discruciare non potes, ad-
 versum filios tuos, miser, contumelias comminisceris. In seniore per
 iuniorum iniurias esse voluisti, ne unquam a scelere vacares. Turcas
 tributa pensitare fateor, verum non hic industriae solertiaeque tuae la-
 bor est. haec providentiae opera et Persae ferro corpora sternerentes et
 duces virtute sua moliti sunt. urbes et oppida Romani perdiderunt. at-
 qui ut istud credant Persae, sero adducuntur: nec enim cum verbis res
 ipsa consentit. an non foris in stativis permanent, arma nostra irriden-
 tes, atque a stragibus hostium in sua provincia edendis refugientes ca-
 stra Persica circumfundunt, quique eos propter divinum tuum bellandi
 studium prohibeat, nemo est? thesauri auro pleni sunt tibi: sed et ple-

P 98 ὀδυρμῶν αἱ πόλεις τε καὶ οἱ θάλαμοι ἀγροὶ τε καὶ ἀυλῶνες καὶ γῆδια. καὶ μιῦς συμφορῦς πῦσα κεκοινῶνηκε τύχη, ἵνα δυστυχεστάτης αὐτὸς εὐδαιμονίας ἐμφορηθείης, ὑπὸ τῶν χρημάτων καταρδευόμενος. ἄπειθε λοιπὸν ἐκποδῶν, τῶν σὺν ἀδικημάτων παρασχόμενος δίκην. ἐνὸς ἀνθρώπου φθορὰ σωφροσύνης ἔστω 5 διδάσκαλος, καὶ τοῦτο νόμος ἔστω λίαν ἐπιεικῆς τοῖς μετὰ ταῦτα καὶ σωτήριος· οὐ γὰρ ἀλαζονείας τρυφήν, ἀλλ' ἀνεπονείδιστον οἰκονομίας ὑπεροχὴν ἢ τῆς βασιλείας ἀναγόμεναις ἐπαγγέλλεται.”

B 6. Ὁ μὲν οὖν ξύλλογος κατεκελάδει Ὁρμισδον, ὑβρίζοντες ἐς αὐτόν, καὶ τῶν λόγων τὴν παρηρησίαν ἀπεφανίλλοντο, 10 ἐτράποντο δ' ἐς τὰ μάλιστα ἐς θυμόν, κτυοφθαλμιζόμενοι τε παρεδριμύττοντο, τοῦ θράσου ἀγάμενοι τὰ φουρήματα. καὶ πολλῇ τῇ ἐκχύσει τοῦ ἐρεθίσματος ἄγουσιν εἰς μέσον τὸν παῖδα Ὁρμισδου, τὸ μειράκιον ἐκεῖνο τὸ δύστηνον, εἶτα ἀποσφάττουσι τε ὀρῶντος Ὁρμισδον, πάντα τῇ ὀργῇ χαρίζόμενοι. ἀτὰρ μὴ 15 μέχρι τούτου τοῖς κακοῖς ὑπόθεσιν παρεχόμενοι, καὶ τοῦ Ὁρμισδου τὸ γύναιον ἐς μέσον παραστησάμενοι ἀπὸ τῆς κύστεως τεμαχίζουσι, κακῶς δικαζούσης τῆς μαχαίρας τοῖς μέλεσι. τὸ μὲν C οὖν γύναιον ἅμα τῷ κατηθλιωμένῳ παιδί οὕτω τὸν βίον ἐν ἐπισήμῳ θεύτρῳ καταστρεψάμενον τρωγῶδίας ὑπῆρχεν ὑπόθεσις· 20 ἐπεὶ δὲ τῆς δυστυχοῦς ἱστορίας γέγονεν Ὁρμισδας ἀπαράγραφος μάρτυς, κληροδοτεῖται τὴν τύφλωσιν, καὶ τοῦτό πως ἦν αὐτῷ τῶν συμφορῶν ἐπιμύδιον. περόνας γὰρ σιδηρᾶς ἀνδρακεύσαν-

nae lamentorum urbes, thalami, rura, convalles, agelli. et ut tu pecuniis coacervatis infelicissima felicitate ingurgitarere, fortuna et status omnis unam et communem calamitatem accipere debuit. quamobrem te hinc aufer, tuorumque scelerum poenas persolve. unius hominis interitus caeteros sapere doceat; et hoc in legem posteris aequam valde et salutarem esto, siquidem non delicatam arrogantiam et ostentationem, sed administrationis omni probro vacantis excellentiam regum declaratio pollicetur.”

6. Concilium igitur contra Hormisdam tumultuari, voces ignominiosas iacere, eius sermonis libertatem flocci pendere ac pro nihilo ducere. succeduntur ira incredibili, et irreverenter plane virum intuentes exacerbantur, tam inflatos confidentiae, spiritus admirantes. deinde filium ipsius adolescentulum illum miserum, certatim capto illudentes, in medium adducunt, et omnimode furori suo gratificantes in conspectu patris morte afficiunt, ultraque saevitia progressi coniugem producunt et ab imo ventre in partes haud aequas dissecant. ita mulier cum miserando filio in celebri theatro vita cum sanguine finita tragoediae argumentum praebuit. Hormisdas postquam calamitosi spectaculi testis omni exceptione maior factus est, utroque lumine orbatus hoc suorum casuum auctarium habuit. nam acas ferreas in mediam prunam coniectas et igni-

τες καὶ μάλα καρτερώς ταύτας συνουσιύσαντες τῷ πυρὶ ἐπὶ τὰς
 κόρας τῶν ὀμμάτων ἐπέβαλλον, οὕτω τε τῷ μύθῳ τὸν Ὀρμι-
 σδαν μετὰ βασιάνων τιβίζοντες, τύκτα κατ' αὐτοῦ τὸ λοιπὸν διὰ
 παντὸς ἐψηφίζοντο, ὑποτοπύσαντες μὴ πως διαδράσειε καὶ πρῶ-
 5 γματα παρύσχοιτο τῇ Περσῶν πολιτείᾳ, ἔναυλον τὴν μνήμην κα-
 τέχοντες τῶν ὑπὸ Καβύδου τελεσιουργηθέντων, ὀπηνίκα τὰ Περ- D
 σικὰ σκῆπτρα κατέθετο. ὁ Καβύδης γὰρ οὗτος πατὴρ μὲν ἐγε-
 γόνει Χοσροίου τοῦ πάλαι Περσῶν βασιλεύσαντος, ἐπεὶ δὲ παλα-
 μναῖός τις ἦν τὴν τε ἐξουσίαν πρὸς βίαν περιεβάλετο καὶ ἐς τυ-
 10 ραννίδα τὰ τῆς βασιλείας μετέβαλε, τῆς ἀρχῆς αὐτὸν παραλῶουσι
 Πέρσαι, ἐν εἰρκτῇ τε ἐναποθέμενοι τοῖς τῆς ταρακτωρίας τιθη-
 νεῖσθαι κόλποις παρέδωσαν. τούτου τὸ γύναιον τὰς εἰσόδους
 παρ' αὐτὸν θανά τε καὶ συχνῶς ἐπεποιήτο ὀσημέραι, ἐθεράπευέ
 τε διακονούμενον, καὶ ταῖς εἰσηγήσειν ἐψυχαγωγῆε ἐμφρόνως
 15 φέρειν τῆς ἀπο-ίου τύχης τὰ δράματα. ὁ μὲν οὖν ἐφεστῆκώς P 99
 τοῦ φρουρίου, δε ταγματάρχης τε ἦν καὶ στίφους στρατιωτικοῦ
 ἐπιστασίαν ἐκείνητο, τοῦ γυναιίου καταπίπτει ἐς ἔρωτα. ὁ οὖν
 Καβύδης τοῦτο ἀκηκῶς παρεγγύα τῇ γυναικὶ ἐς ταῦτὸν εὐνῆς
 τῷ φρουράρχῃ γενέσθαι καὶ φέρειν τῆς τύχης ἅπασαν σπιλάδα
 20 προσπίπτουσαν. οὗ δὲ γεγενότος ἔκλυτος ἦν ἡ φρουρά, τό τε
 σύντονον τῆς διαφυλακῆς ἐκεχάνωντο, καὶ δουλαγωγεῖται τῇ
 ῥυθυμίᾳ τὸ ἄγρυπνον. ἐντεῦθεν ὁ Καβύδης μεταβολὴν τῶν
 ἐνοχλούντων ἐμπορευσάμενος, καὶ τὴν ἐσθῆτι τοῦ γυναιίου ἀμ-
 φιασάμενος, τῆς εἰρκτῆς ἐξεχώρησε, καταλέψας τὸ γύναιον τὴν
 25 στολὴν αὐτοῦ ἀμπεχόμενον. Σείωσῃ τοίνυν δοκμώτατον φίλον B

tas pupillis cum cruciamento intraserunt, nocteque perpetua illum damna-
 verunt. timebant enim ne forte aufugiens Persarum rei publicae ne-
 gotium faceretur, cum adhuc alta mente repostum maneret, quid Caba-
 des sceptrum Persicum deponere coactus perperasset. Cabades namque
 hic Chosroae olim Persarum regis pater fuit. quoniam autem homo san-
 guinariarius erat et potestatem vi occuparat tyrannicisque moribus regnum
 deformabat, principatu deiectum Persae custodia claudunt et aerumnas
 alumnum donant. ad quem uxor saepius quotidie ventitans officiose ma-
 rito inserviebat, et ad tristis fortunae ludum sapienter perferendum ad-
 monitionibus suis permovebat. hinc castelli idemque turmae militaris
 praefectus mulieris amore captus, eam ut sibi obsequeretur rogavit.
 quod ubi Cabades ex ea cognovit, hortatur uti quamcunque a fortuna
 labem ne recuset, et hominis complexum admittat. re perfecta et custo-
 dia fit solutio, languescunt excubiae, et insomnias vigiliarum socordia
 dominatur. itaque Cabades incommodis suis mutationem inveniens, ve-
 stem uxoris indutus, illamque sua vicissim veste indutam relinquens, e
 custodia egreditur, et ascito. Scose amico probatissimo ad Hunnos acce-

παραλαβὼν τοῖς ἔθνεσι τῶν Οὐγγῶν προσομιλεῖ, οὓς Τούρκους
 πολλαχοῦ ποῦ ἡ ἱστορία ἐγνώρισεν. εἶτα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν
 Ἐφθαλιτῶν φιλοφρονήματα ξενισθεῖς, δυνάμεις τε ἀξιολογητά-
 V 204 τους περιβαλλόμενος, μάχη τῶν ἀντιπάλων κεκρατηκῶς ἀπολαμ-
 βάνει τὸ κράτος, ἀναλεύξας πρὸς τὰ βασιλῆα. ὁ μὲν οὖν Κα- 5
 βάδης ἀντιταλαντεύων Ξεῶση τῷ τῆς φιλίας Θεσμῶ τὴν ἀτίδο-
 σιν ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἀρχῶν τοῦτον ἐλάμπρυνε, δίκας ὑπὸ τῶν
 ἡδίκηκότων ὠμότατα εἰσπραξάμενος. ταῦτα γοῦν, ταῦτα οἱ
 τῶν Περσῶν σατράπαι διανοοῦμενοι ἐκκορακίζουσι τὸν Ὀρμί-
 C σδαν. (7) ὅτε γοῦν τῷ ξυλλόγῳ ἅπαντα τὰ πρὸς ὄργην ἐπέλε- 10
 ραστο, ἀνάγεται Χοσρόης ἐπὶ τὸν βασιλεῖον θρόνον, τῇ τε ἀψίδι
 τῇ χρυσῇ παρεστῶς, ὡς ἔθος Πέρσαις ἀναγορευέσθαι, προσε-
 κυνεῖτο βασιλικώτατα καὶ ταῖς ἐσφημίαις τὰ ὧτα περιεκλύζετο.
 ὁ μὲν οὖν ἄχρι τινὸς τὸν πατέρα περὶ τὴν φρουρὰν ἐφιλοφρονεῖτο
 παρηγορούμενος, τῆς τε βασιλικῆς ἐστιώσεως μέτοχον ἐπεποίητο, 15
 πέμπων ὡς αὐτὸν ἐν λεκανίσαι χρυσαῖς μυττωτοδς καὶ κῶλα θή-
 D ρας βασιλικῆς, βουβαλίδων τε καὶ δορυκάδιων καὶ ἄνων ἀγρίων
 τῶν μελιῶν τὰ ἐπίσημα, ἄνθοσμίας τε οἴνους καὶ ποικίλων προ-
 πομύτων κατασκευάς, ἄρτους τε εὖ πεπεμμένους καὶ γάλα καὶ
 λάχυνα, καὶ ὅποσα ἄλλα γαστριζομένοις τυράννοις δορυφορεῖται 20
 ἐς τραπέζης πανήγυριν. ὁ δ' Ὀρμισδαν ἀπεδοκίμασε τὸ τοῦ βα-
 σιλέως φιλότιμον, καὶ λίαν κενταυρικῶς ἐλοιδορεῖτο τοῖς διακο-
 νουμένοις αὐτῷ· ὠβέλιζε γὰρ εἰκότως οἰκτειρομὸν ἐπονεῖδιστον,

3. εφθαλιτῶν IP.

dit, quos esse Turcas multis locis monuimus. ab Ephthalitarum rege
 benevolentissime acceptus copiisque instructissimis adiutus victis certa-
 mine inimicis regnum postliminio recepit, et in regiam reversus ex ami-
 ctitiae legibus pares gratias retulit, cum eum summis honoribus illustra-
 vit: de persecutoribus poenas crudelissime sumpsit. hoc igitur, hoc,
 inquam, Persarum satrapae formidantes Hormisdan oculis privandum
 censuerunt. (7) postquam conventus per omnia iram suam explevit,
 Choroos in thronum regium extollitur, stansque sub fornice aureo, ut
 apud Persas more receptum est cum reges proclamantur, adoratur rega-
 χαις ἐπικουρεῖν, δυσχυριζόμενος Νίσιβιν τε πόλιν παραδιδόναι
 Ῥωμαίοις καὶ τὰ ἄχρι Τίγριδος ποταμοῦ. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ
 τηράλλως ἐπλανᾶτο· οὐ γὰρ οἷός τ' ἦν διαφθεῖρειν τὴν τοῦ βα- D
 25 σιλέως ὁσιότητα. οὐ πολλαῖς δὲ ἡμέραις καὶ τὸ σοβαρὸν ἔξογ-

rapoli relicta una cum Comentiolo Constantinam petit. paulo post et
 Melitenes praesul Domitianus, genere Mauricium attingens, et cum ho-
 nore sanctus (sacerdos) tum vitae instituto sanctor, sermone suavis,
 actione solers, consilio prudentissimus, auctoritate imperatoria ad Chos-
 roen contendit; quem Gregorius Antiochenus antistes comitatur: nam et
 hoc imperatori placuerat, et voluntati eius re satisfiebat. hi Constanti-
 nam ingressi alloquio et donis Chosroen consolantur, afflictumque ad
 bene sperandum exsuscitant. is legatos Nisibim mittens, Persis memo-
 riam veteris benevolentiae in genus regum redintegrat, leniter eos ad-
 monens ne tyrannicam potestatem patiantur, neve antiquam et patriam
 legem, quae probe in regno Persico senuerit et nunquam iuniori regem
 veterem loco movendi ius permiserit, cum insolentia abrogent. Varamus
 ut Chosroen servatum et a Romanis benigne exceptum didicit, idque
 ipsum ei imperator missis legatis confessus est, missis et ipse legatis
 rogat ne inclinatum atque iacentem Chosroae fortunam ullo modo respi-
 ciat, paciens se Nisibim, et quantum esset inde locorum ad Tigrim,
 Romanis daturum. sed fellebatur multum: nec enim poterat imperatoris

κωσάμενος, τοὺς μὲν συμμάχους ἀθετούμενος κατάφωρος ἦν, τῷ δὲ Περσικῷ φορτικός τε ὑπῆν και ταῖς ἐπιβολαῖς ἀκατύσχετος, πρὸς τὸ χαλεπώτερον ἔξαγριαίνων τὸ τύραννον. και οὖν οἱ ἀξιολογώτατοι σατράπαι τῆς τοῦτου δυνάμειως ἐποσυρρέουσι συσκευῆν, ὅπως δολοφονηθῆι Βαράμ. οἱ μὲν οὖν ἔξαρχοι τῆς 5 περὶ τὸν Βαράμ συσκευῆς ὅ τε Ζαμένδης και Ζοάμβρης ὁ Πέρσης· προσεταιρισάμενοι γοῦν οὗτοι και ἑτέρους τῆς Βαβυλωνίας πληθύος λογάδας, ὡς ἐνῆν, τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐξελίπαινον. ὑποτοπάσαντες δὲ και Βινδόην πρὸς κοινοπραξίαν αὐτοῖς εἶναι λυσιτελέστερον (οὗτος δὲ ὑπὸ τοῦ Βαράμ κατώκει εἰρκτήν) ἀνα- 10 πληροῦσιν ἔργω τὸ βούλημα, και ἀθρόον εἰς τὴν φρουράν εἰσπηδήσαντες, τῶν δεσμῶν τὸν Βινδόην διαλυσάμενοι ταγματέρηην

P 112 τε λόχου χειροτονήσαντες, οὔσης νυκτὸς εἰς τὰ βασιλεία τῷ Βαράμ ἐπιτίθενται. ὁ μὲν οὖν Βαράμ δευτέρα φυλακῆ τῆς νυκτὸς τῆς συσκευῆς ἐν γνώσει γειόμενος, ἔξοπλίσας τοὺς φύ- 15 λακας σιδηροφορεῖν ἐγκελεύεται, τοὺς τε ἔναγχος ἐκ τῶν ἐθνῶν προσεχωρηκότας αὐτῷ παρασκευασάμενος τοῖς ἐμπισοῦσιν ἐς τὸ καρτερόν ἀντετίθετο. και τῆς νυκτομαχίας ἰσχυρῶς γενομένης ὑπέρεσχε Βαράμ, και ζωγήσας τοὺς πατέρας τοῦ ἐγγειρήματος ἡμέρας ἤδη λαμπύσης ἀρθροτομεῖ τῶν μελῶν τούτων τὰ πρακτι- 20 κώτερι, εἴτα ὑποστορέσας τὰ λοιπὰ σώματα τοῖς ἐλέφασιν εἰα πατεῖσθαι και τὸν πανώλεθρον τοῦτον ἐκείνοις ἀποφέρεσθαι δύνατον.

22. ἐκείνους praestat.

sanctimoniam corrumpere. non multi effluxerunt dies, cum superbia turgidus socios manifeste aspernari coepit, molestusque et odiosus esse Persis, nec impetus cohibere, et ad tyrannidem crudeliorem efferrari. quare principes satrapae de eius exercitu occulte coeunt, et insidias ei occidendo instruunt. harum antesignani Zamendes et Zoambres, ascitiis insuper ad communionem facinoris quibusdam aliis de Persarum numero, eas ut poterant confirmabant; ratiq̄ue Bindoem, quem Varamus in carcerem dederat, coepto communi fore idoneum, deliberata opere complent, confertimque in custodiam irrupentes solum vinculis cohortis suae ducem creant, eademque nocte Varamus in regia occupant adoriri. qui secunda iam vigilia insidiis sibi apertis, custodibus arma imperat. praeterea qui nuper ex gentibus ad eum accesserant, eos quoque obarmat, et ita irruentibus summa ope resistit. totis viribus de nocte confligitur: Varamus vincit, captisque coepti huius auctoribus lucente iam sole membra actuosiora frustatim praecidit, reliquum corpus elephantis ad mortem crudelissimam inferendam substernit.

15. Ὁ μὲν οὖν Βινδόης ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ διαδιδράσκει Β
 τῆς συμφορᾶς παραδύξως τὸν κίνδυνον, καὶ ἐπὶ τὸ Ἀδραβίγμανον
 ὡς τάχιστα γίνεται. ἐκέῖσε γοῶν στρατοπεδευσάμενος πλείστους
 τοῦ Περσικοῦ ἐπηγάγετο, καὶ τὰ Χοσρόου φρονεῖν τοὺς ἀφροστῆ-
 5 κότας πως ἐτιθύσσειε. δεκάτῃ δὲ ἡμέρῃ, καὶ ὡς τὸν Ἰωάννην,
 ὃν Μυστάκωνα Ῥωμαίοις ἔθος ἦν κατονομάζειν, ἀπέστειλεν ἄγ-
 γελον, τὰ νεώτερα δρᾶματα γνωρίζων αὐτῷ, ἄξιων τε μαθεῖν
 ὅπως τῷ Χοσρόῳ ἀπήντησε τῆς εἰς Ῥωμαίους προσχωρήσεως ἢ
 ἐγγελησις. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης γραμίμμασι τὸ ἄκουσμα παραπέμ- C
 10 ψας τῷ αὐτοκράτορι τοὺς ὑπὸ Βινδόου πρέσβεις παρακατέιχε,
 καραδοκῶν τί ἂν παρασταίῃ παρὰ τῶν ἐγνωρισμένων τῷ αὐτο-
 κράτορι. ὁ δὲ βασιλεὺς Μαυρίκιος τῷ Ἰωάννῃ προσέειπε τοῖς
 ταῦτά τῷ Χοσρόῳ φρονοῦσι συμμαχεῖν τε ἐκθύμως καὶ πῦσαν
 αὐτοῖς καλοκυγαθίας πίστιν παρέχεσθαι, ὅπως πρὸς τὸ ὑσθενέ-
 15 στερον ἴδοι τοῦ Βαριάμον ἐθ' ἔρυννον. τῇ δὲ προτεριμῇ ὁ Βε-
 στάμῃ ὁ παρὰ τοῦ Χοσρόου εἰς τὰς Ἀρμενίας σταλεῖς ἀφικνεῖται
 παρὰ τὸν Ἰωάννην. ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης τὴν τε Βινδόου παρου- D
 σίαν τῷ Βεστάμῃ παρεδίδου, τὰ τε τῷ Βαριάμ συντετευχηκότα ὡς V 214
 ἄξιαφῆγητα λίαν περιχαρῶς παρετίθητο. καὶ οὖν ὁ Βεστάμ πε-
 20 ρογιάννυται τοῖς ἀκροῦμασι, καὶ εἰς Χοσρόην ἐξέπεμπεν ἄγγελον
 ταῦτα δὴ γνωρισόμενον. ὁ δὲ Βινδόης πύλιν ἐγγελῶντα τὰ πρά-
 γματα τῷ Χοσρόῳ θεώμενος μέγα περιβάλλεται θύρσος, καὶ χρή-
 μασι βασιλικαῖς ἐντυχῶν τοῖς ἄμφ' αὐτὸν διανέμει, ὡς εἶχεν ἐκά-
 στω εὐνοίας ἀλκῆ. ἐπεὶ δ' οἱ τὴν Νίσιβιν περικυθίμενοι φίλον
 25 τὸν αὐτοκράτορα Χοσρόῳ διέγνωσαν, συμμύχους τε αὐτῷ δυνά-

15. Bindoes cum suis discrimine calamitatis praeter opinionem libe-
 ratus Andrabiganum properato venit; unde magnam Persarum manum in
 expeditionem educens, desertores Chosroae ad officium praestandum bo-
 nis verbis reducit, die decimo ad Ioannem cognomento Mystaconem mit-
 tit, qui nuper acta eidem exponat, et vicissim discat quo pacto Chos-
 roae conatus sese cum Romanis coniungendi processerit. Ioannes per
 litteras imperatori audita perscribit, legatum apud se retinet, imperato-
 ris de iis rescriptum exspectat. Mauricius Ioanni praecipit uti a Chos-
 roae stantes promptly alacriterque iuvet, et ad enervandam ac debilitan-
 dam Varami tyrannidem integerrimam eis fidem praestet. pridie porro
 Bestamius, quem Chosroes in Armeniam legarat, ad Ioannem venit; cui
 Ioannes tum adventum ad se Bindois, tum quae Varamo evenerint, ut
 dignissima narratu, mira cum voluptate explanat. Bestamius et ipse ma-
 iorem in modum recreatus ad Chosroen super iis litteras facit. cernens
 Bindoes fortunam suis pro benevolentia in unumquemque dilargitur, pe-
 cuniamque regiam suis pro benevolentia in unumquemque dilargitur. ad
 Nisibim sedentes, ut imperatorem Chosroae amicum esse ei que magnas

- P 113 μεις μεγάλας κατεπομβρίσαντα, γίνονται εἰς Κωνσταντῖναν τὴν γνῶμην μετακοσμήσαντες. ὁ δὲ πολιοῦχος ὑπὸ Χοσρόου λιπανθρεῖς ταῖς ὑποσχέσεσι, καὶ ταῖς ἐλπίσι χαριζόμενος πάντα, ἄπασαν Ἀραβίαν τάς τε μέχρι Τίγριδος ποταμοῦ πρὸς τὸν Χοσρόην, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, μετατίθησιν. οἱ δὲ τῆς Μαρτύρων ἐχόμενοι πόλειως, καίτοι τῆς πολιορκίας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπιστατούσης, τοῖς ἐν παραβύστῳ τοῦ Χοσρόου προστάγμασι πειθῆναι πῶς γινόμενοι οὐκ ἐδίδοσαν τὴν πόλιν Ῥωμαίοις, ἀλλὰ καὶ μάλα καρτερῶς ἀντετάττοντο. τοιγαροῦν ὅτε κατάφωρος πανουργῶν γέγονεν ὁ Χοσρόης, Δομετιανὸς λογισμοῦ ἀγχινοῖα δυσκαταμάχτην ἀντι-10
- B στρατεύσας βουλὴν τοῦ Περσικοῦ δόλου δίκην πομπολύγων ἐκφύσεως διαλύει τὸ ὑπουλον. μεταπεμπόμενος γὰρ ὡς ἑαυτὸν τοὺς ἀξιολογωτάτους τῶν περιφρουρούντων τὸ πόλισμα, οὓς μὲν ὑπὲρ γετο λόγοις, οὓς δ' ἐξιονεῖτο τοῖς δώροις, ἀναμιμνήσκων τὴν τε τῶν Ῥωμαίων ἐπιστασίαν ἐσκεμμένην τῇ πόλει, τὸν τε Χοσρόην 15 τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικουρίας δεόμενον, τὸν τε Βαράμ ἀμφίβολον περικείμενον τύχην. καὶ τοσαύτην εἶχεν ὁ λόγος τὴν δύναμιν ὡς διαιρεθῆναι ταῖς γνώμας τοὺς τὴν Μαρτύρων πόλιν κατέχοντας ἐκὰν ἀέκοντι θυμῷ· ἔστω γὰρ μοι τῶν τῆς ἐκείνου γνώμης ζωγράφος ἡμηρῶσσα γλῶττα. καὶ δῆτα εὐνοῦχον τῶν εἰς 20
- C τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένων αὐτῷ τὸν κορυφαιότατον, ὃν προηπόσιτον εἴθισται Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν, ἀνὰ τὴν Μαρτύρων πόλιν ἐξέπεμψε, παρακελεύόμενος Πέρσαις τὸ ἄστν

20. τῶν δεest IP.

submisisse copias intellexerunt, immutati animis Constantinam procedunt. praefectus autem Nisibenus pollicitationibus Chosroae inescatus, et spei per omnia gratificans, universam Arabiam omnesque urbes ad Tigrim usque (prope dixerim) Chosroae transcribit. caeterum qui Martyropolim adversus Romanos tuebantur, clandestinis Chosroae mandatis morem gerentes ac deditionem minime facientes, viriliter admodum vim propulsabant. proinde ubi astute agere Chosroes deprehensus est, Domitianus solerter excogitatum et labefactatu difficile consilium nequitiae Persicae opponens, tectam fraudem bullae instar exsufflando dissolvit. accersitis enim ad se praecipuis de praesidio, quosdam verbis inducit, quosdam donis pellicit, eos et Romanorum urbi capiendae insistentium et Chosroae imperatoris subsidio indigentis et ambiguae incertaeque fortunae Varami commonefaciens. ac tantum valuit Domitiani oratio, ut sententiis discordarent praesidiarii volentes nolentesque: liceat enim nunc mihi eorum sensum Homericis verbis depingere. quocirca eunuchum, satellitum regionum principem, quem Romanis praepositum vocare mos est, Martyropolim mittit Chosroes, hortaturque Persas uti urbem tradant et

καταλιπεῖν καὶ περὶ τὴν Νίσιβιν ἀγρουλλίζεσθαι. οἱ μὲν οὖν Πέρ-
 σαι τοῦ βασιλέως Χοσρόου μεταβαλόντος τὴν γνώμην σπονδὰς
 μετὰ τῶν πολιορκούντων συνθέμενοι τῆς πόλεως ἔξεχώρησαν.
 τῶν τοίνυν ἡγεμόνων ἐς Κωνσταντῖναν ἤκόντων, ὤφθη καὶ Σίτ-
 5 τας ἐκεῖνος ἀναμειγμένος αὐτοῖς ὁ τὴν Μαρτύρων πόλιν Ὁρ-
 μίσδα τῷ Περσῶν βασιλεῖ παρασχόμενος δόλω. ὁ μὲν οὖν Δο-
 μετιανὸς διεστειλατο Χοσρόῃ ὡς οὐχ ὄσια εἰς εὐεργέτας καὶ Ῥω-
 μαίους διεγχειρεῖ ἀνεχόμενος ἀνδρὸς προδύτου πολλὰ εἰς Ῥω-
 μαίους κακὰ διανύσαντος, ἀναμιμνήσκων ὡς καὶ τῷ Βαράμ φι-
 10 λος Σίττας γεγένηται, καὶ ἤκιστα συνοίσειν αὐτῷ περὶ πολλοῦ Δ
 ποιουμένῳ ἄνδρα παλαμναῖον καὶ ἀπιστότατον, μὴ πού γε τὰ
 Ῥωμαίων πλήθῃ συστραφέντα αὐτὸν Χοσρόην καὶ τὸν Σίτταν
 διαχρήσονται, καὶ τὰ τῆς ἀγωνίας τῷ Βαράμ λάβοι ἀνάπανταν.
 ἐπὶ τούτοις συνιδὼν ὁ Χοσρόης, καὶ τὸν παρόντα καιρὸν κολα-
 15 κείαις ἀποπριάμενος, ἔκδοτον Κομεντιόλῳ Σίτταν καθίστησι.
 δευτέρα δ' ἡμέρῃ ὁ στρατηγὸς ἐπ' ὄψει τοῦ ὀπλιτικοῦ αἰκισάμε-
 νος τοῦτον τῷ πυρὶ περιδίδου, κατανθρακείσας τε ταῖς φλοξὶ
 δίκην τῶν ἡμαρτημένων τὸν Σίτταν εἰσέπραττεν. ὁ μὲν οὖν Δο-
 μετιανὸς ἱεροπρεπῶς ἐς τὰ περὶ τὴν ἀνάληψιν τοῦ ἄστεος διεπο-
 20 νέετο, ὡς ἐνῆν ἐς τὰ μάλιστα, τοὺς τε συνομοσασμένους τοῖς
 βαρβάροις Ῥωμαίους ἐς τὴν τοῦ ἄστεος ἄλωσιν Κομεντιόλῳ πα-
 ρεδίδου τῷ στρατηγῷ. τούτων τοίνυν ἀξίας ὑποσχομένων δίκας P 114
 τῶν κατὰ τῆς πατρίδος διαπεπραγμένων αὐτοῖς, ὁ ἱερεὺς τῆς
 σωτηρίας τὴν ἑορτὴν ἐγκαινίζων τῆς πόλεως πυνήγηρὸν τε τοῖς
 25 καλλιπείοις συστραφόμενος μάρτυσιν, ἐπὶ τῶν βημάτων τῶν ὕψη-

Nisibin concedant. Persae Chosroe immutato, pacta conventa cum ob-
 sidentibus ineuntes oppido excedunt. ducibus ipsis Constantinam intran-
 tibus, inter eos etiam Sittas, qui Hormisdæ Martyropolim dolo prodid-
 erat, apparuit. Domitianus Chosroae denuntiat illum adversus Roma-
 nos de se bene meritis iniustum videri, cum proditore, deque Roma-
 nis ita meritum ut qui pessime, toleret, admonens eum Varamo quoque
 amicū fuisse, et hominem pestilentissimum perfidissimumque benefactis
 suis male gratiam relaturum, ne forte coeuntes Romani ipsum et una
 Sittam e medio tollant, bellumque cum Varamo terminetur. ob hanc cau-
 sam prudens Chosroes, et opportunitatem temporis praesentem obsequio
 emendam censens, Comentiolo Sittam addicit; quem ille postera luce in
 omnium conspectu flagris caesum rogo tradit, et flammis delictorum poe-
 nas ab eo reposcit. Domitianus igitur, ut sacerdotem decebat, et quan-
 tum maxime poterat, pro urbe recipienda laborabat. at Romanos, qui
 ad urbem occupandam cum barbaris male conspiraverant, duci tradidit;
 quibus pro scelerate contra patriam perpetratis commerito supplicio mul-
 tatis, episcopus festum diem partae salutis civitati instaurans, martyri-

λῶν τῆς ἐκκλησίας γενόμενος, πειωνίζων ἕξια καινὸν τῷ Χριστῷ ἐπινίκιον, τοῖς ὡσὶ τοῦ κατεκκλησιασθέντος λαοῦ τὰδε πού διηγόρευεν.

B 16. “Οὐκ ἐν πολέμοις μόνον καὶ συμπλοκαῖς καὶ ἐκτά-
V **215** ξεσι ταῖς σάλπιγξιν ὁ Δαβὶδ ἀλαλάζει, ἀλλὰ καὶ ἐν εὐσήμεν ἡμέρᾳ 5
 ἑορτῆς τῷ ἐπὶ πάντων σαλπίζει Θεῷ. πρέπει γὰρ καὶ πολεμικοῖς
 ὄργανοις ὑμνεῖσθαι Θεόν· ἀρχιστράτηγος γὰρ οὗτος ἐκτάξιος
 κρηταιός τε καὶ δυνατός ἐν πολέμοις πρεσβεύεται. καὶ ἐξ ὧν ἡ
 εὐδόκησις πέφυκεν, ἔδει πού πάντως προελθεῖν καὶ τὴν αἴνεσιν.
 δεῦτε, καὶ ἡμεῖς ταῖς νοηταῖς ἀλαλάξωμεν σάλπιγξι, ταῖς δια-10
 νοιαῖς φημί, οὐ κερατίναις, ὡς Ἰουδαίοις νενομοθέτηται· οὐ
C γὰρ ἀλόγων μέλει διὰ τὸ παχὺ τῆς διανοίας γεραίρειν ἡμεῖς Θεόν
 προσετάχθημεν. συστισώμεθα γοῦν ἑορτὴν μὴ ἕως τῶν κερά-
 των τοῦ θνυσιαστηρίου καὶ μόνον διήκουσαι, ἀλλὰ μέχρι τῆς ἄνω
 ἱεραρχίας αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, ἧς ἀρχιερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν 15
 τάξιν Μελχισεδέκ ὁ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης καθήμενος καὶ
 ἔστι καὶ ὀνομάζεται. τῷ ὄντι γὰρ ἐν βραχίονι κράτος ἐποίησεν,
 ὄρη ταπεινώσας φρυάγματος, καθελὼν ἀπὸ θρόνων δυνάστας,
 καὶ πάλιν στηλιτεύων ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας τὰ μεγαλεῖα τοῦ πνεύ-
 ματος. δουλαγωγοῦνται γὰρ λέοντες, καὶ δράκοντες ὑποπνίγον-20
 ται, καὶ Βῆλ καὶ Μίθρας ἀνδραποδίζονται, καὶ μαλακεύεται
D πῦρ, μήτε μυρτύρων ἐσθῆτος τυραννῆσαι δυνάμενον, ἐπὶ νύ-
 φθας καὶ πίττης ἀφθόνως καταρδευόμενον. πάλιν δεξιὰ κυρίου

busque praeclaris victoribus panegyrim sive celebritatem instituens, e sublimi ecclesiae suggestu, ad gratulandam Christo victoriam canticum novum cantans, ad populum congregatum ita disseruit.

16. “Non in bellis tantummodo atque in praeliis et congressibus, sed etiam in insigni die solennitatis David deo altissimo tuba canit: decet enim bellicis quoque instrumentis collaudare deum, qui primarius in pugna dux fortisque et potens in praelio colitur; et unde natum est decus, inde laudem quoque procedere plane oportet. agitedum, nos quoque tubis, quae intelligentia percipiuntur, clangamus, animis, inquam, non coraeis tubis, quemadmodum lex Iudaeis praescripta requirebat: nec enim nos, ut illi, propter mentium hebetudinem animantium brutorum membris venerari deum iussi sumus. constituamus itaque diem solennem, non usque ad cornua altaris duntaxat, sed usque ad coelestem hierarchiam pertinentem, cuius pontifex in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, sedens ad dextram maiestatis dei et est et nominatur. profecto potentiam fecit in brachio suo, montium fastum humiliavit, et depositis de sede potentibus rursus magnalia spiritus super Babylone omnibus prodidit. subiguntur enim leones, et dracones suffocantur, et Bel atque Mithras captivi abducuntur. flaccescit ignis, et quanquam naphta ac pice largiter imbutus, ne vestem quidem martyrum adurere potest.

ἐποίησε δύναμιν, ἐπάρσεως καταδαιτυῶσα Χαλδαϊκῆς, οὐκ ἐν τοίχῳ ἀλλ' ἐν οὐρανῷ τὴν προαγόρευσιν γράφουσα. καὶ διαιρεῖται Βαβυλώνια σκῆπτρα, καὶ ὕβριστῆς καταβύλλεται θρόνος, καὶ πάροις βασιλεία συστέλλεται, καὶ τιμᾶται πάλιν τὸ ταπεινούμενον καὶ κρατύνεται τὸ νικώμενον. πάλιν τὴν στεῖραν πόλιν διὰ τὸν πόλεμον ὡς μητέρα δι' εὐτεκνίαν εὐφραινομένην ἔστι θεάσασθαι. μηδεὶς ἀμπεχέσθω τῆς βασιλικῆς ταύτης πανηγύρεως ἀναξίαν ἐσθῆτα. πάντες τῇ καθυρότητι τοῦ βίου λυχη- P 115
 μονήσωμεν, ἵνα μὴ ἀνάξιον τῆς εὐωχίας τῇ ψυχῇ περιβαλόντες
 10 στόλισμα ἀνάξιοι φανῶμεν τῆς μεταλήψεως καὶ τὰ ἀκύλουθα κατακριθῶμεν τῆς ἀποτεύξεως. ἐγκαινίζου, πόλις ἀγαλλιᾶσεως· ἤκει γὰρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα κυρίου ἐπὶ σε ἀνατέταλκε. τῷδε μοι λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ὑσπάζομαι, καὶ ἡ νῦν ὑπὲρ τὴν προτέραν φαιδρότητα δόξα καθέστηκεν. οὐ
 15 γὰρ δῆμους μαρτύρων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν καὶ πρεσβυτέροις χρόνοις ἐκέκτησο, πῦσαν ἄτριπὸν καὶ λεωφόρον τῶν σῶν λαγόνων ἐπικυμαίνοντας. ἐπιφανεστέρῃ σοι τῆς ἀλώσεως ἢ ἀνάξενξις· B
 ἦν γὰρ ἔκλεψε δόλος, νῦν φόβος ἀπέδοτο, καὶ ἦν βασιλεύς βαρβάρου πινουργία κακῶς ἀπεσύλησε, νῦν ἐπιφανεστάτη δουλα-
 20 γωγία καλῶς ἀντιδίδωσι. ταύτην οἰκέτης ἐσταλμένος ὑμῖν, ὧ μάρτυρες, προσηγάγετο, συμμύχους ἐλεῖσθαι θηρώμενος, οὗς ἀντίθεος τὸ πρότερον οὐκ ἐπρέσβευεν, ἐξ ἀποτεύξεως διδαχθεὶς τὴν εὐσέβειαν, ἐπεὶ καὶ Φαραὼ ὁ πύλαι μαστιζόμενος ἢ νουθε-

iterum dextra domini fecit virtutem, compressitque spiritus Chaldaicos, non in pariete, sed in coelo praedictionem scribens; et dividuntur sceptrum Babylonica, et thronus insolens deiicitur, et regnum temulentum contrahitur; et quod humiliatum erat, denuo honoratur, et quod victum erat, corroboratur. rursus sterilem urbem propter bellum, ut matrem ob filiorum multitudinem laetantem aspicimus. nemo vestem hoc panegyrico festo indecoram induat: omnes vitae morumque candore ac puritate candidum gestemus habitum, ne si animam secus quam regale convivium deceat convestiverimus, qui ad id admittamur indigni iudicemur, et his damnemur quae ab eodem eiectos consequuntur. renovare, urbs exaltationis: venit enim lumen tuum, et gloria domini super te orta est. haec enim dicit spiritus sanctus, et promissa amplector, et quae nunc est gloria, priorem claritatem superat. haud enim populos martyrum superiore memoria possidebas, omnem semitam et compita tuorum viscerum inundantes. plus tibi ad gloriam proficit ita liberatam quam ita captam esse. quam enim dolus subiugavit, nunc metus restituit; et quam regis barbari calliditas improbe pro spolio abstulit, nunc illustrissima receptio probe rependit. hanc famulus vester missus vobis reconciliavit, o martyres, socios sibi conatus adiungere, quos dei adversarius antea non rogabat, ex infelici successu pietatem doctus, quoniam et

τούμενος θεὸν σέβειν ἠνείχετο. ταύτην ὑμῖν ἀνατίθῃσι, μάρ-
 τυρες, Βαβυλώνιος τύραννός τε καὶ ἑπῆλυς, ὁ τῆς ἑαυτοῦ βα-
 σιλείας δραπετής, ὁ νῦν Ῥωμαίους ἀντὶ πολεμίου πειθήνιος·
 τοσαῦτα γὰρ ὑμεῖς τοῖς ἀνθεστηκόσιν ἐκαλαμήσασθε. ἐξέστη ὁ
 C τύραννος ἐπὶ τούτοις, ἔμφοβος καὶ ἔντρομος ἐγενίθη ἡ γῆ. ἐπε-5
 τίμησε γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ὁ ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ
 ἡ ἀλλοίωσις αὐτῆ. ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτῆς, καὶ
 τὸ κατάντημα μέγρι τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ ζητασάμεθα τὴν
 V 216 δόξαν αὐτῆς πλήρη χάριτος καὶ δυνάμεως. οἱ γείτονες ποταμοὶ
 προφητικῶς χεῖρας κροτείωσαν. φερωνύμως νῦν ὁ Εὐφράτης 10
 ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις εὐφραίνεται τοῦ κτίσαντος. ὁ Τίγρις μετα-
 βυλέτω τὸ θρηϊῶδες πρὸς τὸ φιλάνθρωπον· ἡ κροειπύλη γὰρ τῶν
 φρόνων αὐτῷ καταλέλυται. ἤσωμεν ἰδὴν τῷ κυρίῳ σωτήριον,
 ἤσωμεν αὐτῷ μετὰ τῶν μαρτύρων ἐπινίκιον ὕμνον. ἀναγγελω-
 μεν ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος τὴν δόξαν αὐτοῦ, σκιρτῶντες 15
 D τῷ πνεύματι· οὐ γὰρ θρήνον Ἰουδαϊκὸν κατεκρίθημεν, ἡ αἰ-
 σχύνην αἰχμαλωσίας ὑπὸ τῶν λαφυραγωγησάντων δνειδιόμεθα.
 προτάξωμεν ἡγεμόνα τῆς εὐφροσύνης τὸν κύριον, ἵνα μὴ τῆς ἄνω
 Ἱερουσαλήμ ἐπιλαθόμεθα καὶ ἡ γλῶσσα ἡμῶν κολληθῇ τῷ λά-
 ρυγγι ὡς κακῶς μὴ μεγαληγοροῦσα τοῦ θεοῦ τὰ παράδοξα. νῦν 20
 ἡ θυγάτηρ Βαβυλῶνος κατὰ τὸ γεγραμμένον ὄντως τυλαίπωρος,
 ἡ τῶν ἀγερώχων ἐπιβυίνουσα σκήπτρων, καὶ μακιστὴς βασι-
 λέως εὐσέβεια οὐκ ἐπάγουσα ταύτη τὸν ἰσοστίσιον ὕλεθρον, ἡ

Pharao quondam flagellatus demum, non admonitus deum coli passus est. hanc vobis consecrat Babylonius tyrannus et advena, e suo ipsius regno profugus, qui pro hoste nunc Romanis est subditus. talia quippe vos contra inimicos effecistis. tyrannus super his obstupuit, terra timuit et contremuit. increpavit enim gentes, qui est ab initio; et dextrae eius mutatio haec est. a summo coelo egressio eius, et occursus eius usque ad fines terrae. et vidimus gloriam eius plenam gratiae et potentiae. vicina flumina secundum prophetam plaudant manibus. nunc Euphrates nomini suo congruenter laetetur super magnalibus conditoris. Tigris feritatem in humanitatem mutet: iam enim caesorum cadaveribus se amplius non ingurgitabit. cantemus domino canticum salutis, cantemus ei cum martyribus hymnum de parta victoria. annuntiemus super flumina Babylonis gloriam eius, in spiritu exilientes: non enim Iudaicis fletibus damnati sumus; nec a praedatoribus captivitatis dedecus nobis exprobratur. duces laetitiae nostrae dominum praeponamus, ne supernae Hierusalem obliviscamur, et lingua nostra adhaereat faucibus, utpote quae male dei admirabilia non magnificet. nunc filia Babylonis, sicut scriptum legimus, vere misera est, superborum sceptrata ascendens, laudaturque imperatoris pietas, perniciem illi non remetiens, nec retribuens

ἀντεπιφέρουσα τὸ ἀνταπόδομα ὃ ἀνταπέδωκεν ἡμῖν. τελειοῦται γὰρ αὕτη διαθήκη δευτέρα τῷ νοητῷ Ἰσραήλ, καὶ βασιλεὺς οὐκ ἀποδοκιμάζεται σήμερον οὐκτείων πολέμιον, οὔτε Σαμουὴλ ἐπὶ P 116 τούτῳ διαπληκτίζεται, παντοκράτορι κυρίῳ ζηλῶν. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ὁ παλαιὸς ἡμερῶν καὶ πρεσβύτερος, εὐσεβέστερον θυσίας οἶδε τὸν ἔλιον, καὶ τὴν πατρῴαν βουσίλειαν κατακληροδοτεῖ τοῖς οὐκτείομοσι, καὶ φιλιανθρωπίας ἔχων ὑπόθεσιν καὶ δούλου λαμβάνει μορφήν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνναστρέφεται, καὶ τὴν φάτνην γνωρίζει, καὶ προσέεται σπάργανα, καὶ 10 φεύγει τυραννοῦσαν τὴν μάχαιραν, καὶ τῇ Αἰγύπτῳ προσομιλεῖ, εἶτα τὴν Ναζαρέτ κατοικεῖ, καὶ Γαλιλαῖος κηρύττεται, καὶ σοφία προκόπτει, καὶ φθόνῳ κακίζεται, καὶ ὑπὸ Σαδδουκαίων περιβάλλεται, καὶ μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν συνυλλίζεται, καὶ πρὸς πᾶ- B θος ἐκδίδεται, καὶ σταυρὸν καταδέχεται, καὶ μετὰ τῶν ἀνόμων 15 λογίζεται, καὶ τάφον ὑσπάζεται, καὶ μεταφοιτᾷ πρὸς ἀνάστασιν, καὶ πάντα παθῶν κατησμένισεν, ἐν μόνον ἡμῶν ἀπολαύων, ὃ καὶ σωζόμεθα. ἤσωμεν τῷ κυρίῳ, οὐκ ἐξόδιον ἕσμα· ἐπιβυτήριος γὰρ ἡ πανήγυρις, καὶ πόλις καὶ ναὸς ἐγκαινίζεται, καὶ νόμος ἀνακαινίζεται πᾶτριος, καὶ ῥώννυται πίστις ἀκίβδηλος, 20 καὶ τὸν ἐγκαινίζοντα βλέπω Χριστὸν ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας τῶν τροπαίων τὰ σύμβολα ἐπὶ τῶν ὤμων περιφερόμενον ὃ δὲ θρίαμβος ὁ σταυρός, δι' οὗ ξηνηλατεῖται τὸ βύρβαρον, τὸ δὲ Ῥωμαῖ- C κὸν εἰσοικίζεται. ἤσωμεν τῷ κυρίῳ καὶ ὕμνον ἐξόδιου ἐξοικί-

retributionem quam retribuit nobis, alterum siquidem testamentum observatur, Israeli intellectuali praecipiens ne malum pro malo reddat. et hodie rex hostem miserans non reprobatur; nec Samuel omnipotenti domino zelans propter hoc altercabitur. dominus enim Iesus Christus antiquus dierum, et omni aevo antiquior, misericordiam sacrificio religiosiorem ducit, et paternum regnum misericordibus impertit, et humanitate victus etiam servi formam accipit, et cum hominibus conversatur, et praesepe noscit, et fasciis involvitur, et tyrannicum gladium fugit, et in Aegyptum emigrat, deinde Nazareth habitat, et Galilaeus proclamatur, et sapientia proficit, et ex invidia vituperatur, et a Sadducaeis tentatur, et cum peccatoribus commoratur, et tormentis deditur, et crucem suscipit, et cum iniquis reputatur, et sepulcrum non refugit, et ad resurrectionem transit, et omnia libens patitur, unum huic fructum ex nobis percipiens, quod salvamur. cantemus domino, non egressus canticum: est enim scansoria panegyris, et urbs et templum renovantur, et lex patria instauratur, et fides sincera confirmatur, cernoque Christum in media ecclesia tropaeorum symbola humeris sustinentem. triumphus autem crux, per quam barbari et peregrini et exteri abiguntur, Romani ut domestici introducuntur. cantemus domino etiam hymnum ἐξόδιον, id est, egressionis: nam perinde ut sus e silva glandifera, ex

ζεται γὰρ τοῦ ἄσπερος ὡσπερ ὅς ἐκ θρυμῶν τὸ Βαβυλώνιον φῶλον, τὸ καταπατιῖν τὰ ἄγια τοῖς ποσὶν ἐγχειροῦν, καὶ τοὺς μαργαρίτας τῆς πίστεως τοῖς ὄνυξιν ὑποθραύειν καταμαινόμενον. μιμησώμεθα τοὺς ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας δοξολογήσαντας, καὶ τῆς ἐκείνων χοροστασίας θιασῶται γενώμεθα· ἀνενέργητον γὰρ καὶ νῦν 5 τῶν Χαλδαίων τὸ πῦρ καταφλέξει τῶν μαρτύρων τὸ πόλισμα. εὐφρανέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἀγαλλιῶσθω ἡ γῆ, καὶ τὰ πεδία χαιρέτωσαν· κατεβλήθη γὰρ ἔθνη τὰ φιλοπόλεμα. διέγνωσαν D προφητικῶς ὅτι ἄνθρωποι καθεστήκασι, καὶ τῆς ἑαυτῶν συντάξεως νῦν τὴν φύσιν οὐκ ἠγνοήκασι, καὶ ἂ μαθεῖν οὐκ ἐνῆν εὐ-10 πραγμαύσαντας, τεταλαιπωρημένους διδαχθέντας ἔστι θεάσασθαι. ταῦτα ὑπὸ τῆς χαρᾶς ὑμῖν σχεδιάσαντες ὕμνον ὑμῖν ἀπαρυσκέαστον προστεθείκαμεν, τράπεζαν ἀγγέλων, συμπόσιον ἀπλοϊκῶν καὶ ἀποϊκίλων· φιλεῖ γὰρ τὸ θεῖον καὶ τοῖς ἀσυντάκτοις γεραίρεσθαι, καὶ τὰ μὴ μεγαλοπρεπῆ τῆς δορυφορίας προσίεσθαι ἐν 15 κρινίσει καρδίας, οὐκ ἐν ὕγκῳ δωρήματος ἐξετάζον τῆς εὐχαριστίας τὴν πρῶτον. τὸν πατέρα νῦν δοξολογεῖν οὐ παυσώμεθα, τὸν υἱὸν προσκυνεῖν ὡς φῖσει θεὸν οὐ καταλήξωμεν, τὸ πνεῦμα γεραίροντες ὡς ἐν πεφυκῶς τῶν τριῶν ὑποστάσεων οὐκ ἀπασχώμεθα· θεὸς γὰρ τὰ τρία, ᾧ ἡ δύσα καὶ πρό γε τῶν ἀπειρῶν 20 αἰώνων καὶ μετὰ τοὺς αἰῶνας ἀπέραντος.”

P 117 Ἐπεὶ δὲ οὕτω που τὰ τῆς διαλαλίας τῷ ἱερεῖ ἐπεφιλοσό-
V 217 φητο, λίαν ἐπαινετῶς ἐκρούει τὸ ἄθροισμα τὸ μεγαλόνουν τῆς

21. ἀπεράντους IP.

urbe natio Persica expellitur, quae sancta pedibus conculcare audebat et margaritas fidei unguulis furiose conterebat. imitemur eos qui Babylone glorificarunt deum, illorumque choreae sodales fiamus: nam et hodie Chaldaeorum ignis martyrum urbem exurendi vim nullam habet. laetentur coeli, et exultet terra, et campi gaudeant. prostratae sunt gentes belli cupidae. cognoverunt, iuxta prophetam, quoniam homines sunt, et naturam coagmentationis suae nunc senserunt; quaeque rebus secundis utentes discere nequiverunt, adversis eruditi iam possunt intueri. haec prae gaudio ad vos ex tempore prolocuti sumus, et hymnum vobis imparati proposuimus, mensam angelorum, convivium simplex et varietatis expers: amat enim divinitas etiam non compositis donari, et admittere cultus quamvis non magnificos, ex renovatione cordis, non ex pondere et amplitudine, doni gratiarum actionem aestimans. nunc patrem glorificare ne cessemus, filium adorare ut natura deum ne desinamus, spiritum ut unam de tribus hypostasis venerari ne desistamus: deus enim haec tria sunt, cui et ante omnia saecula et post omnia saecula gloria infinita.”

Postquam episcopus haec sapienter disseruit, audientium multitudo orationem magnificam miris plausibus prosecuta est, magnamque lacri-

διαλέξεως, καὶ πολὺ τὸ δάκρυον τῇ χαρῇ κεκραμένον ὑπὸ τῆς
κατανύξεως τοῦ λόγου τῇ ἐκκλησίᾳ περιεκέχυτο, καὶ φιλόδακρυς
ἦν ἡ πανήγυρις, οὐκ ἔχουσα πάθους ὑπόθεσιν· οὕτω γὰρ ὁ και-
ρὸς παρεκάλει τὰ δάκρυα, χηρέων ἀλγηδόνων καὶ τοῦ λυπήσον-
5τος. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς σφαγιάσας τὸν ἄρτον τὸν τε οἶνον ἱερουργ-
γήσας τοῖς θεανδρικοῖς μυστηρίοις τὸ συνεληλυθὸς τῇ μεταλήψει
ἡγάξαε. καὶ οὕτω πον ἡ πόλις ἡμέραις ἑπτὰ ταῖς θυμηδίαῖς κυ-
θηροτάζετο.

marum vim gaudio permistam prae compunctione ex eius verbis enata
effudit, eratque panegyris omnino lacrimosa, cum dolendi causa nulla
subesset. sic enim tempus ad collacrimandum hortabatur, quamvis quod
ob molestiam doloremve ad id eos commoveret, nihil esset. antistes igitur
pane et vino solenni ritu consecratis, mysteriis dei hominisque con-
ventum per communionem sanctificabat. et hunc in modum civitas dies
septem cum oblectamento in feriis consumpsit.

Θ Ε Ο Φ Υ Λ Α Κ Τ Ο Υ
Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Ω Ν
Λ Ο Γ Ο Σ Ε'.

THEOPHYLACTI
HISTORIARUM
LIBER V.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *V*aramus re cum suis deliberata copias adversus Chosroem in diversa loca destinat. Nisibi conviciis incesatur. Zadespratae nuntii pessime ibidem accepti ad Chosroem transmittuntur, qui in adversa fortuna Sergii martyris opem, cum promissione crucis aureae, lapillis distinctae, implorat. Zadespraten Rosas a Salchone impulsus strategemate quodam interficit. (2) Zadespratae caput et spolia ad Chosroem portantur. Anathonum missi ducem occidunt, caput eiusdem Chosroae transmittunt; qui religionem Christianam praedicans, Mauricioque de secundis rebus suis significans, auxilium et pecuniam mutuan petiit. Comentiolus rogatu Chosroae abdicatur, cui Narses ipsius stipator substituitur. (3) Narses cum Romano milite et Chosroë Persidem ingreditur. Chosroes rex acclamatur, a Darenis honorifice excipitur. Domitiani antistitis ob ingressum illius in templum minae. veniam petit rex. templo eiicitur. muneribus regis a Mauricio ornatur. Persae Varamo deserto ad eum desciscunt. Darum oppidum imperatori donat. legatum eius muneratur imperator, ipsumque filii appellatione cohonestat. (4) per Singarum Chosroae adversus Varamum delecta manus. re conspecta Varamus ad pugnam exit. procedit ultra cum auxiliis Chosroes. Domitianus milites ad fortiter praeliandum atque ad mortem contemnendam egregia concione inflammat. (5) militum pugnandi ardor. Chosroae custodia Romana attribuitur. ex Armenia copiae expectantur. Chosroes manipulos vires hostium exploratum dimittit. Bryzaciis dur Persa a Romanis captus auribus et naso mutilatur. Chosroes prosperitate sua lactus duces Romanum acuit, duces Romanos atque Persas

convivio excipit. adductus inter epulas Brysacius illuditur et interficitur. hilaritas epulantium. (6) Mebodis nuntius ad praefectum prytaneum de comessatione et pecuniis sufficiens. Thesaurorum custodia fuga. Seleucia conditor. Euphratis descriptio. Mebodes Seleuciam noctu irrumpens caedibus promiscue grassatur. Ctesiphontei fama conterriti deditionem decernunt. Antiochiam Persarum candidit Chosroes. Iustinianus eidem regiam extruxit. Mebodis Antiochiam litterae. (7) epistola nomine Romanorum ad cives Antiochiae Persidis. fugitivos et Varami factionem poscunt. in ducem et dedititios animadvertunt. Iudaeos quoque tyranni administratos trucidant. qua occasione in Persidem commigrarint Iudaei, eorumque aculeatior vituperatio. Alexandriana locus unde dictus. (8) transitum fluminis Romani praecoccupant. unde audacia Varamo. eius speculatores capti rem produnt. in Amisnos irruptio. ad lacum Varamus Romanis occurrit. sine pugna abitur. Narses Ioannem monet ne separatim cum Persis in aciem descendat. (9) Chosroes nuntiis laetissimis afficitur. exercitus tres in unum coniunguntur. Chosroes et Varamus quantum exercitibus valuerint. Varami insidiae patent. barbarorum clamores et tumultus, Romanorum quietis. ad praelium acies dispositae. barbari in montem confugiunt. Persarum temeritas. (10) Varami fuga ad loca varia, quem Romani persequuntur. certamen in campo paratur. Tessera Romanorum AVK MARIA. pugna describitur. sex millia Persarum fugientium. in captos Chosroae sacvitia. Turcae donantur Mauricio. in frontibus eorum unde crucis signum. (11) tabernaculum Varami diripitur. barbari ex elephantis tela spargentes Romanis succumbunt. bestiae Chosroae donantur. spolia leguntur. disceditur. Chosroae ob partem victoriam laetitia. Romanos parum gratus domum remittit: ab iis de officio admonetur. mille custodes corporis Mauricium rogat. (12) de sancta femina Golinducha apud Hierapolim. genus, connubium, ecstasis. quid a marito propter Christianismum perpessa sit. altera eiusdem divinitus illustratio, et de morte mariti vaticinium. Nisibim migrat. a sacerdotibus Christianis mysteriis imbuitur. a magis quaeritur; in carcerem diuturnum traditur: inde per angelum liberatur. Hierosolymis sancta adorat. Chosroae futura praedicat. Hierapoli vita innocentissime exacta, in coelum abit. (13) Chosroes Sergio martyri crucem auream et gemmatam dono fert. epistola eiusdem de voto suo. posthabita lege Persica, Siram feminam Christianam ducit reginamque renuntiat. (14) Chosroes prolem a Sergio martyre contendit. cum donis epistolam mittit, qua se voti compotem evasisse narrat, cum singulari erga sanctum reverentia, et Christiane prorsus. (15) tyrannidis Varamo conscii morte plectuntur; Bindoes in Tigridem proicitur. focus et pax inter Persas et Romanos ex aequo servatur. Vaticinia Chosroae de Romanorum Persarumque imperiis. quae item Probo episcopo Chalcedensium praenuntiarit. ad res Europaeas regressio. (16) Mauricius ex Oriente copias in Occidentem reducit. contra Abares se instruit. rogatur a proceribus et patriarcha et ipsa Augusta atque liberis, no ipse ductet exercitum. nihil impetratur. solis defectio. ventorum rabies. ad legatum audiendum in urbem redit. ad expeditionem revertitur. pic sacra obit. pauperibus benigne facit. iter eius a Rompho. a spectro forma suis incuratur.

P 120
V 219

1. **Ο** δὲ Βαράμ τῆς Ῥωμαϊκῆς διητυχηκῶς εὐμενείας, ἐκ-
κλήσιας ἀγείρας καὶ περὶ τῶν ἐν ποσὶ κοινολογησάμενος ἐκ τῶν
ἐπιφανιστέρων τοὺς ἐς ἀνδρείαν τὴν ὑπεροχὴν κεκτημένους χει-
ροτονεῖ στρατηγούς, ὅπως τῇ ἀντιθέτῳ προνοίᾳ τοῖς Χοσρόου
πράγμασιν ἀντιταλαντεύσῃ πως τὸ ἀπρόσκοπον. καὶ οὖν τὸν 5
Μιραδουρὶν ἐς τὸ Ἀνάθων φρούριον τὸ πρὸς τῷ Κιρκησίῳ παρὰ
τὸν Εὐφράτην ὑποδομημένον ἐξέταπτεν μετὰ πλήθους δυνάμειος.
ἔξεπέπετο δὲ καὶ ἐς τὴν Νίσιβιν τὴν τε σύγχωρον Ἀραβίαν τὸν
Ζαδισπράτην τὸν ἄρτι που συστρατεύσαντα τῷ Φεροχάνῃ. ὁ
B μὲν οὖν Ζαδισπράτης τὴν Βαβυλῶνα ἀπολιπὼν ἀγγέλους ἐς τὸν 10
Σολχάνην ἐξέπεμπε, προαγορεύοντας αὐτοῦ τὴν ἐς Νίσιβιν ἄφι-
ξιν. μενοῦν γε ὁ Σολχάνης, ὅτε που ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τὸ τῶν
μεγαλαυχημάτων ὑπέρογκον τοῦ Ζαδισπράτου διέγνωκε, τῇ ὑστε-
ραία καθίσας συνέδριον ἐς ὑπήκοον τῶν συνεληλυθότων προσέ-
ταπτε τοὺς ἀγγέλους, ὅ τι ἂν εἴη αὐτοῖς ἢ ἀξίωσις, μηδὲν τι 15
τῷ δέει ἀστυαλέντας ἐκτίθεσθαι. οἱ μὲν οὖν ἐξυπηρετούμενοι
τῷ προστάγματι διεξήρισαν ἄπειρ ὁ πεπομφῶς αὐτοὺς διηγόρευσε.
Θολοῦ τοίνυν γεγονότος τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ πάντων τῷ Βαράμ λοι-
C δορουμένων, ὁ Σολχάνης αἰκίσας τοὺς ἀγγέλους ἠτίμωσε, καὶ
δεσμοῖς ἀφύκτοις τισὶ καταταλαιπωρήσας ἐς Χοσρόην ἐξέπεμπε. 20
ὁ δὲ Χοσρόης τὸν μὲν Σολχάνην ἐξελιπάρου ταῖς ὑποσχέσεσι πα-
ροτρύνων εὖ διατίθεσθαι τὰς τῶν ἐντυγχανόντων φοιτήσεις, αὐ-
τὸς δὲ Χοσρόης ἀπορίᾳ τὴν ψυχὴν κατεβύλλετο, τὰς ἐπιστρα-

1. **V**aramus Romanorum gratiae benevolentiaeque repulsam passus,
coactis primoribus communicatoque de praesenti rerum statu consilio,
duces e nobilioribus animi fortitudinem excellentes legit, ut cura et pro-
videntia rebus suis integris Chosroae occurreret. ad castellum igitur
Anathan prope Circesium iuxta Euphratem situm Miradurinem cum agmine
expedito, Zadespraten, qui nuper adeo Pherochanis signa secutus fue-
rat, Nisibim et in Arabiam finitimam mittit. Zadesprates itaque Baby-
lonia digressus Solchani super adventu suo Nisibim significat. Solchanes
ubi Zadespratae insolentiam et iactantiam cognovit, postquidie concilio
convocato, ut in consessu, quid petitum advenissent, omni timore depo-
sito eloquerentur, nuntiis imperat. illi dicto audientes mandata expo-
nunt. turbatur conventus, universisque Varamum maledictis laceranti-
bus, Solchanes nuntios foede pulsatos et opprobriis affectos, insuper ar-
tissimis vinculis misere constrictos, ad Chosroem mittit; a quo etiam at-
que etiam rogatur, promissisque allicitur, uti de internuntiis bene pro-

τείας τοῦ τυράννου μορμολυττόμενος. εἰσῆλθε τοίνυν αὐτὸν δε-
 σιδαιμονία ὄσιας θρησκείας τινός, καὶ πάλιν πρὸς τὸν ἐπὶ πάν-
 των θεὸν τὸν νοῦν μετεκόμισε, καὶ ἠντιβόλει τὸν ἀόλιμον ἐν
 μάρτυσι Σέργιον, ὃν καὶ τὰ νομαδικὰ πρεσβεῦειν ἔδνη εἰώθασι,
 5 συλλαμβάνειν τῶν πόνων αὐτῷ. ἀπαρχάς τε τροπαίων καθυπι- **D**
 σχνεῖτο προσφέρεισθαι, τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ ἐπίσημον σή-
 μαντρον (σταυρὸς δὲ τοῦτο ἀναγορεύεται), τεκτονεύεσθαι τε
 τοῦτον χρυσήλατον, μαργαρίτην τε περιβαλεῖν αὐτῷ καὶ τῶν Ἰν-
 δικῶν λίθων τοὺς διαυγεῖς· εὐσεβέστερον γὰρ ποτνιαόμενον ὑπὸ
 10 τῆς ἀνάγκης ὁ καιρὸς αὐτὸν ἔξειργάζετο. ἀτὰρ ὁ Σολχάνης ἀξια-
 φηγητικώτατος καὶ παράδοξον ἔδρασεν ἐγχείρημα, βουλῆς τε
 ἀλλῆ τὸν ἀντιστράτηγον διεχρήσατο. Ῥοσῶν γὰρ τὸν καὶ Ὀρμι-
 σδαν παρὰ τῷ Περσικῷ οὕτω καλούμενον ἰππικῇ περιφράξας ἰσχυῖ **P 121**
 κατὰ τῆς ἀντιστρατευσαμένης πληθύνος ἔξέπεμπε. μάλιστα δὲ
 15 τῷ Ῥοσῶ ὑπετίθετο δόλω τὰς ἐκβύσεις ἐπιτρέψαι τῆς ἐγχειρή-
 σεως. ὁ μὲν οὖν Ῥοσῶς ταῖς ὑποθήκαις τοῦ Σολχάνου μετ' ἐπι-
 μελείας ἐπόμενος ἐχώρει πρὸς τὸ πολέμιον. δευτέρᾳ δ' ἡμέρᾳ ὁ
 Ζαδισπράτης ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Χαρχῶς παραγίνεται (κώμη δ'
 αὕτη παμφορωτάτη ὁμοῦ καὶ πολυάνδρος), καὶ νυκτὸς ἐπιγενο-
 20 μένης ἐχόμενα ταύτης ἠγραύλιζεν. ὑποτοπίας δ' οὗτος πολε-
 μίαν ὄψιν, μή που ἐξυπινάως αὐτῷ συγκυρήσειε, τῆς περὶ τῷ
 σῶμα φρουρῶς προμηθίαν ἐτίθετο. οὐκοῦν ἐν τῷ πύργῳ τῷ ἀνὰ
 τὸν χώρον ἰδρυμένῳ καὶ ἐκ λογάδων λίθων κεκτημένῳ τὴν σύνθε-
 σιν τῆ δοκῆσει κατεπαννυχίζετο τῆς δειλίας ἀπόκοιτος. ὁ τοίνυν **B**

videat. ipse angore et tyranni metu plenus, animum delicitur, tandem-
 que religiose in cuiusdam pietatis cogitationem ingreditur, iterumque ad
 deum principem rerum omnium sese convertit, ac venerandum Sergium
 martyrem, quem colere etiam barbarae nationes consueverant, suppliciter
 rogat uti laboribus ac miseriis suis ne desit: se illi dominicae pas-
 sionis illustre monumentum, crucem, inquam, ex auro puro confectam
 et margaritis pellucidisque ex India lapillis variatam, victoriae suae pri-
 mitias oblatum. ita illum necessitas pie orare obtestarique docuerat.
 caeterum Solchanes admiratione, et memoria dignissimum facinus effecit,
 valentique consilio ducem adversarium e medio sustulit. Rosam quippe,
 alio nomine Hormisdam Persis, cum equestri robore contra infestam ad-
 ventantium manum emittens, auctor Rosae fuit ut dolo et insidiis rem
 transigeret. Rosas Solchanis auctoritati studiose parens in hostem ten-
 dit. die sequenti Zadesprates Charchas, vicum omne genus fructuum
 offerentem et incolis frequentissimum, venit, et nocte proxima in eius
 agro manet, constitutis circum se diligenter custodibus, ne forte impro-
 viso, quod formidabat, ab hostibus appeteretur. erat ibidem munitio
 electo constructa lapide, in qua citra timorem totam noctem cubare se

Ῥοσῶς οὐ πόρρω στρατηγοῦ ἀφικόμενος, ἐπεὶ διεγίνωσκε τὸν γῶ-
ρον ὅπου δὴ οὗτος πάννυχος κατηνάξτετο, ποδηγὸν δεξιόμενος ἐς
τὸ πρόσω ἐβάδιζεν. ἐπεὶ δὲ τῷ λυχρῶμιτι προσεπλάσσε, προ-
θέειν προσέταττέ τινα τῆς δυνάμεως, λέξοντα τῷ στρατηγῷ ὑπὸ
Βαρᾶμ ἔσεσθαι ἄγγελον, καὶ ἐπίθετον αὐτῷ ἐπιφέρεισθαι δύνα- 5
μιν. ὁ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ὤσανε φρούριον γεγωνῶς μεσοῦσης νυ-
κτός, τῇ πατρίῳ φωνῇ τοὺς περιφρουροῦντας φενυκισούμενος,
ἤξιον τῷ στρατηγῷ δι' αὐτῶν περιηγηθῆναι τὸ ἄκοσμημα. ἐπί-
V 220 C
χαρι τοίνυν οἱ δειλαιοὶ τὴν ἐπαγγελίαν δεξιόμενοι μεταπορθμεύου-
σιν ἐπὶ τὸν Ζαδισπράτην τὸν λόγον, ὡς οἶα δὴ περὶ δεξιῶν τινὸς 10
καὶ συντονίας ἄξιου κατεπειγόμενοι. ὁ μὲν οὖν Ζαδισπράτης
ἔτι ἔξιονος ὢν καὶ ἡμικραίπαλος, ὑπὸ τοῦ ὕπνου διακοπτόμενος
θαρρεῖν ἔλεξε Πέρσαις, ἀταλαιπωρήτως τὸν λόγον εἰσοικισούμε-
νος, καὶ τὴν πυλίδαν τοῦ φρουρίου διανοῖξαι προστάττει. τοῦτό
τοι καὶ γέγονεν αὐτῷ αὐτοσχέδιός τε καὶ αὐθαίρετος θάνατος, 15
ἀφορμὴν τοῦ κινδύνου τὴν ἀφροσύνην κρατησόμενος. οἱ μὲν
οὖν περὶ τὸν Ῥοσῶν εἰσρεύσαντες περὶ τὸ φρούριον τῇ μυχαίρᾳ
τὴν παρρησίαν ἐδίδοσαν· ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ ἀδόκητον θεασάμε-
νος βάρβαρον, ἐπὶ τέγουσ οἰκίσκου γενόμενος ἤξιον παρὰ τῶν
ἥρηκότεων σωτηρίαν ἀρύσασθαι. ἐπεὶ δὲ διηπειλεῖτο πυρὶ τὸ 20
διωμάτιον ἀφανίσθαι, ἀφικνεῖται πρὸς τὸ πολέμιον. τοίνυν
τοῦτον κατατομήσαντες οἱ ἀντίπαλοι, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ φρου-
ρίῳ λαφυραγωγῆσάμενοι, ἤκον παρὰ τὸν Σολχάνην τὴν τε κεφα-

14. διανοίξας IP.

posse arbitrabatur. Rosas haud procul a Zadesprate distans, ut de loco, ubi ille per noctem consopitus iaceret, cognovit, duce accepto procedit. propior munitioni factus militem quendam praecurrere ac Zadespratam monere iubet, a Varamo supplementum affuturum et huius rei nuntium se advolare. miles media circiter nocte castellum attingens, patriaque lingua (Persica) custodes ludificans, rogat duci, quod a se audissent, indicari. infelices illi promissa cum voluptate accipientes, ad Zadespratam festinato, ut faustum aliquid et contentione dignum, audita perferunt. quin etiamtum maddidus, et crapula nondum exhalata, somno excussus bonum habere animum Persas iubet, nuntiata laetus complectitur, castelli portulam reserari mandat. quod illi extemporalem et voluntariam quodammodo mortem, eius stultitia occasionem suppeditante, attulit. Rosae milites certatim irruentes gladiatorum licentia saeviunt. Zadesprates inopinatum ante oculos cernens exitium, sub tectum domunculae confugiens, incolunitatem victores orabat. quibus aediculam incendio se consumpturos minantibus, descendit, capite truncatur: diri-

λὴν τοῦ Ζαδεσπράτου ἐπιφερόμενοι καὶ ὅσα ἡ τύχη τῷ δούλῳ δέδωκεν ἐγκολπώσασθαι.

2. Ὁ μὲν οὖν Σολχάνης τοῖς προαυλοῖς τῶν φροντίδων P 122 καταγαυρούμενος εἰς τὴν Κωνσταντῖναν Χοσρόῃ ἐξέπεμπε τὴν τε 5 κεφαλὴν τοῦ ἀντιμάχου στρατηγοῦ τὸν τε πλοῦτον ὃν ἀπράγμα- τεύτως τὰ τῆς εὐβουλίας ἐσκύλευσεν. ὁ μὲν οὖν Χοσρόης τῶν ἀπαισιῶν ἐλπίδων μετανάστης γενόμενος τῇ ἀθυμίᾳ διαζύγιον δι- δωσι, καὶ πρὸς τὸ δεξιώτερον τὰς ἐκβάσεις τῶν ἐσομένων ἀντιμε- τέβαλλεν. ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις καὶ οἱ κατὰ τὸ Ἀνάθων 10 ὑπὸ τοῦ Βαρᾶμι ἐκπεμφθέντες ἐπανίστανται καὶ ἀναιροῦσι τὸν Β ἡγεμόνα, τὴν τε τούτου κεφαλὴν παρὰ τὸν Χοσρόην ἐξέπεμπον. ὅτε γοῦν ὁ Χοσρόης τούτων δῆτα τῶν ἀνδραγαθημάτων τὴν συμ- φωνίαν στέφουσαν αὐτὸν ἐθεάσατο, ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων ἐνέ- χυρον τῶν ἐσομένων λοβῶν, ὡμολόγει μέγιστον εἶναι ὑπάντων 15 θεὸν τὸν παρὰ Ῥωμαίοις Χριστὸν θρησκευόμενον καὶ τιμώμενον, καὶ ἀπυλώτῳ τῷ στόματι τὴν πύλαι θρησκείαν ὠβέλιζε. δεκάτῃ C δὲ ἡμέρᾳ, καὶ ἐς βασιλείᾳ Μαυρίκιον τῶν ἐπομένων ἀρχόντων τι- νὰς μετεπέμπετο, καὶ τὴν τῶν παρηκολουθηκότων περιπέτειαν ἐνσημαίνεται, ἧξιν τε μελλήσειωσ ἐγκοπὴν ταῖς συμμαχικαῖς αὐ- 20 τὸν ἐπιθεῖναι δυνάμεσι καὶ ὡς τάχιστα βοηθεῖν, τὴν τε τῶν χρη- μάτων αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως γενέσθαι περιβολὴν, ἰσχυριζόμε- νος τὴν οἰκίαν ἀπολαβόντα ἀρχὴν ἀντικαταβάλλειν Ῥωμαίοις τὸ δάνειον. ὁ δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς μετὰ τῆς συμμαχίας τῶν D ὀπλων καὶ τὴν τῶν χρημάτων αὐτοῦ μεγίστην ῥοπήν ἐχαρίζετο. 25 ὁ τοίνυν Χοσρόης χειρογραφῆσας τὸ δάνεισμα καὶ ἐς Μαυρίκιον

pluntur omnia, et ad Solchanem 'reditur, simulque Zadespratae caput, et quaecunque fortuna servo in sinum dederat, apportantur.

2. Hisce curarum suarum prooemiis Solchanem se circumspiciens, et caput adversarii ducis et praedam nullo negotio, felici consilio acqui- sitam, Chosroae Constantinam mittit; qui a male ominato timore tristitia- que recedens, ad secundiora in posterum speranda incumbit. per eos- dem dies Anathonem a Varamo missi similiter insurgunt, interfectoque dnce caput eius Chosroae mittunt. qui ut horum facinorum consensione et convenientia sibi honorem parari animadvertit, ex praeteritis futuro- rum pignus capiens, deum qui a Romanis coleretur honorareturque, omnium esse potentissimum confitetur, atque ore libero veterem super- stitionem condemnat. die decimo quosdam qui secum erant de proceri- bus ad Mauricium legat, fortunae suae mutatam faciem indicat, primo quoque tempore sibi opem ferri et pecuniam dari mutuam rogat, recu- perato regno se id nomen Romanis soluturum confirmat. imperator Ro- manus praeterquam quod armis ei succurrit, etiam pecuniae numerum maximum largitur. ita Chosroes se argentum accepisse mutuam cluro-

ἀποστειλάμενος, τὸν πολυτάλαντον τῶν χρημάτων ἐκομίζετο πλοῦτον, καὶ τοῦτον κατακερματίσας ταῖς περι αὐτὸν Περσικαῖς κατέσπειρεν δυνάμειν. ὁ μὲν οὖν Γρηγόριος ὁ τῆς ἐφῶς ἱεροσύνης προεστηκώς, τὴν Κωνσταντῖναν ἀπολιπών, πρὸς τὴν Ἀντιόχειαν μετεχώρησε. μετ' οὐ πολὺ δὲ τῷ Σαρῶμῃ ἐς βασιλείᾳ γενέσθαι Χοσρόης προσέταττε, καθικετεύων τὸν Καίσαρα Κομεντιόλον τῆς στρατηγικῆς ἐπιστασίας ἀποβαλεῖν, ὡς οἶα δὴ ὑπὸ τοῦ Κομεντιόλου προπηλακίζομενον, καὶ ταῖς ἀναβολαῖς τὰς ἐπικουρίας ὑποφθείροντος. ὁ τοίνυν Σαρῶμης κατὰ τὸ προστεταγμένον αὐτῷ ἐς Βυζάντιον ἀφικνεῖται, τὴν τε πρεσβείαν διεξῆλθε 10 τῷ αὐτοκράτορι. καὶ οὖν ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βυσιλεὺς ἀποστράτηγον τῆς ἐπὶ τὴν Περσίδα καθόδου Κομεντιόλον ποιησάμενος, Ναρσῆ, ὃς τοῦ στρατηγοῦ ὑπασπιστῆς ἐτύγχανεν ὢν, τὴν ἡγεμονίαν ἐντίθησιν.

P 123 3. Ἦρος τοίνυν ἀρχομένου ὁ νεώτερος στρατηγὸς Χοσρόης 15
V 221 παραλαβὼν (συνείπετο δ' αὐτῷ ὁ ἐν Μελιτηνῇ ἱερατεύων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὃν Διμετιανὸν ὁ λόγος ἐδήλωσεν) ἐπὶ τὸ Μάρμυδες μετεφοίτησε· πόλεως δὲ Δύρας ἀφιστήκει τὸ φρούριον παρασάγγας τρεῖς. οἱ μὲν οὖν περι τὴν Νίσιβιν τῆς Ἀραβίας, οἳ τε ἄλλοι δυνατώτατοι πάντες καὶ οἱ τῶν ταγμάτων ἡγούμενοι, ἀνα-20 γορεύουσι Χοσρόην βασιλέα, καὶ τῆς δημοσίας ἐνέχυρα συγγε-
B νεῖς παρυσχόμενοι προκατήριζον τὴν ἐς τὰ βασίλεια τῷ Χοσρόῃ ἐπάνοδον. ὁ μὲν οὖν τῶν Περσῶν βασιλεὺς τούτους ὑπὸ Ῥωμαίων περιφρουρεῖσθαι συνέταξε. ἀπάρας τοίνυν ἐντεῦθεν ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὸ Δύρας ἑατματοπέδευσεν. ὁ δὲ Χοσρόης τὺς 25

grapho testificatus, scripturam ad Mauricium misit, talentorumque multorum reportatas ab se divitias, minoribus permutatas numismatis, inter milites suos dispertivit. Gregorius patriarcha Antiochenus Constantina Antiochiam discessit. non diu post Chosroes Saraamen ad imperatorem legavit oratum uti Comentiolo ducis munus abrogaret: quippe se illi esse ludibrio, ab eoque cunctando et differendo auxilii opportunitates corrumpi. Sarames iussa facessens Byzantium ivit, munus suum fungitur. imperator Comentiolum amplius in Persidem copias ducere vetat, Narsis eius satelliti eas partes imponit.

3. Primo itaque vere novus dux cum Chosroe, sequente Domitiano per id tempus Melitenes episcopo, ut ante diximus, Marden accedit, quod castellum ab urbe Dara tribus parasangis abest. qui igitur cum in Arabia prope Nisibim, tum alibi opibus plurimum pollebant, ad unum omnes, simulque ordinum ductores, Chosroem regem consulant, ac pro re publica consanguineos obsidum loco opposentes ei ad regnum recipiendum viam muniunt. obsides rex custodiri a Romanis iussit. inae Narses ad oppidum Daram exercitum adducit. Chosroes Romanas copias

συμμαχικὰς δυνάμεις τῶν Ῥωμαίων θιώμενος κομώσας ἀλκῇ τοῖς
 τε ὄπλοις κατακοσμουμένης, ἐκθάμβων παρασκευῇ, πρὸς τὰς
 νεωτέρας μετεχώρει ἐλπίδας, μηδὲν τι τοῦ πρεσβυτέρου πάθους
 τῷ λογισμῷ νοσφιζόμενος. εἰσῆρξε τοιγαροῦν πρὸς τὸ ἔστυ C
 5 ὁ βασιλεὺς ὁ βάρβαρος, καὶ ἐντεμενίζεται ἅμια τοῖς τειχοῖς παρὰ
 τῷ περιφανεῖ τεμένει τῆς πόλεως, ἐν ᾧ Ῥωμαῖοι τὰ τῆς θρη-
 σκείας ἐτέλουν μυστήρια, λίαν κενταυρικῶς τε, καὶ ἐν ἐπιστάλῃ
 τύχῃ τῶν πραγμάτων διακειμένων αὐτῷ. οἱ μὲν οὖν Ἀραρηνοὶ
 διηγανάκτου ἐπὶ τῷ ἐγχειρήματι, Χοσρόου τοῦ πρεσβυτέρου
 10 ἤρηκτος τὴν πόλιν καὶ μηδὲν τι πρὸς ἕβριν τοῦ σιβάσματος ἐγ-
 χειρήσαντος. οὐκοῦν ὁ Δομετιανὸς τὴν βάρβαρον ἕβριν φέρειν D
 οὐκ ἔχων, τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν παλινδρομεῖν ἐπὶ Κωνσταντι-
 ναν ἤπειλε. ἰτιμιωμένος τοίνυν Χοσρόης ἐντεῦθεν, καὶ τῇ προ-
 πετεία μὴ χάριν ὁμολογῶν, ὡς τὸν Δομετιανὸν ἐκ τῶν παρ' αὐ-
 15 τοῦ ἐπιφανεστάτων ἐξέπεμπε, ἔλεον αὐτὸν ἐξαιτούμενος τῷ με-
 ταμέλῳ παρέχουσθαι. ὁ μὲν οὖν ἱερεὺς ὁπόσον ἔδει προπηλακί-
 σας τὸν βάρβαρον, ἐπανῆκεν εἰς τὸ Δάρας ἐξοικίσας τοῦ τεμέ-
 νους Χοσρόην. ἕκτη δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ αὐτοκράτωρ λιθοκόλλη-
 τον ζώνην καὶ τιάραν βασιλικὴν κλίνας τε καὶ τραπέζας χρυσᾶς
 20 ἐς τὸ Δάρας τῷ Χοσρόῃ ἀπέστειλεν, πομπὴν τε βασιλεῖον αὐτῷ
 συγκροτῶν ἐκ τῶν παρ' αὐτῷ δορυφόρων μεγαλοπρεπῶς μετεδί-
 δον, ὅπως μὴ βασιλικῆς χηρεῦων συντάξεως εὐκαταφρόνητος
 εἴη Ῥωμαῖοις τε καὶ Πέρσαις. περιεστοιχίζετο γοῦν πάντοθεν
 βασιλικῇ δορυφορίᾳ Χοσρόης, ὁπόση νόμος Ῥωμαῖοις αὐτοκρα-

2. an ἐκθάμβω?

viribus florentes et armis conspicuas cum apparatu stupendo cernens, in
 spes novas ingreditur, nec tamen prioris infortunii memoriam deponit.
 urbem itaque rex barbarus iniens, in templum magnificentum, in quo Ro-
 mani religionis mysteria obibant, admodum ferociter et contumeliose,
 adhuc necessitati subiectus, et rebus eius a fluctibus fortunae iactatis,
 armatus se infert. Darenī factum indignari, praesertim cum Chosroes
 senior capto oppido nihil ad iniuriam divini cultus molitus esset. quam-
 obrem Domitianus barbaram insolentiam non sustinens, acceptis copiis
 Constantinam sese rediturum comminatur. Chosroes despectum se videns,
 mutationemque istam parum gratam habens, ad Domitianum quosdam de
 nobilissimis suis mittit, qui homini suo illi satisfacerent. episcopus bar-
 baro quantum decuit ignominia multato, Daram revertitur ipsumque e
 templo eiicit. die sexto imperator balteum insertis gemmis, tiamam reg-
 iam, lectulos et mensas aureas Daram illi transmittit, comitatumque
 regium ei conficit, et de suis doryphoris nonnullos honoris causa adiun-
 git, ne regio destitutus satellitio Romanis iuxta Persisque vilesceret.
 stipabant igitur eum undique regii satellites, quo pacto Romanis impera-

τορικὰ σκῆπτρα γεραίρεσθαι. ὀρῶντες γοῦν οἱ Μῆδοι ὁπόση
 P 124 τῷ Χοσρόῃ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ῥώμη περιεκέχυτο, τὴν γνώ-
 μην μεταναστευσάμενοι, χαίρειν φρούσαντες τῇ τυραννίδι προσε-
 χώρον Χοσρόῃ. καὶ τοῦ μὲν Βαράμ ὁσημέραι τὸ συμμαχικὸν
 κατησθένει, τῷ δὲ Χοσρόῃ κατὰ νοῦν ἐχώρει τὰ πράγματα, κα-
 5 ταλιπαινομένης αὐτῷ τῆς δυνάμεως. διανοεῖται γοῦν παρὰ
 τικὰ Χοσρόης βασιλεῖ Μαυρικίῳ εὐνουστάτην πρῶξιν ἐνδείξα-
 σθαι. διὸ ἐν βασιλικῇ διφθέρᾳ τὴν πόλιν Δύρας ὑπήκοον ἐγ-
 γράφεται προῖκα Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, τὸν τε Δολαβζᾶν
 τὸν σατράπην, ἄνδρα ἀπόβλεπτον, ἐς Βυζάντιον στέλλει τὰς¹⁰
 κλείς οἰσόμενον τοῦ πόλισματος τὴν τε ἐν γράμμασι δωρεάν. ὁ
 μὲν οὖν πρέσβυς ἐπὶ τὸ βασιλεῖον ἔστυ γενόμενος παρεδίδου
 Ῥωμαίοις τὸ πόλισμα, καὶ ἐς λόγους πρὸς τὸν αὐτοκράτορα
 ἤκει· ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δώροις βασιλικοῖς μεγαλύνας
 τὸν Δολαβζᾶν, τὴν τῶν προαπαγγελθέντων ὠχύρου καὶ αὔθις¹⁵
 ὑπόσχεσιν, παῖδα Χοσρόην ἀποκαλῶν.

B
 V 222 4. Ὁ δὲ Χοσρόης εἰς τὸ Σιγγάρων (Μηδικὸν δὲ τὸ ἔστυ)
 τὰ τε γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας κατησφαλλετο· ἐχυρώτατον γὰρ
 τὸ ἔστυ καὶ ὑπὸ τῆς ἔριδος περιφρουρούμενον καὶ ἥκιστα τοῖς
 πολεμοῖς ἄλωτόν, τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρεύσεως πεφυκὸς πρὸς²⁰
 πολιορκίαν ἀπρόσιτον. μετὰ τοῦτο Μεβόδη προστάττει, καὶ
 διαχιλλοῖς ἐκ τοῦ ὀπλιτικοῦ περιφράζας αὐτὸν διὰ τοῦ Σιγγάρων
 νομοθετεῖ ἐς τὰ βασιλεία εἰσβαλεῖν, τὸν τε ὑπὸ τοῦ Βαράμ γε-
 C νόμενον φύλακα τῶν ἀνακτόρων διαχρήσασθαι. ὁ δὲ τύραννος
 σὺν τοῖς Ῥωμαίων τάγμασιν ἐπιόντα Μεβόδην μεμαθηκώς, συν-²⁵

torem suum honorare mos est. Intuentes Persae quam potentem impe-
 rator Chosroen reddidisset, a tyranno ad eius partes commutatis volun-
 tatibus accedunt, et Varami exercitu quotidianis defectionibus imminente,
 Chosroae adauctis copiis res ex sententia procedebat. mox quantam
 posset adversus Mauricium benevolentiam sibi declarandam statuens, in
 membrana regia Daram ei gratis transcribit, et Dolabzanum satrapam,
 virum illustrem, Byzantium cum clavibus oppidi instrumentoque donatio-
 nis mittit. legatus in urbem imperantem profectus Romanis oppidum
 addidit; cum imperatore collocutus, ab eo pro imperatoria magnificentia
 muneribus cohonestatur. pactorum praeterea fidem imperator denuo con-
 firmat, et Chosroen filium appellat.

4. Chosroes Singarum (Mediae seu Persidis urbs est) mulieres ac
 liberos suos securitatis causa transfert. est enim munitissima, et quia
 simul controversa, custodia nunquam vacat, minime hostibus expugna-
 bilis, ac propter paludes informes obsessoribus inaccessa. post haec
 Mebodi dat negotium ut sumptis duobus armatorum millibus, per Singa-
 rum in regiam facto impetu, custodes Varami trucidet. tyrannus ut Me-
 bodem cum Romanis cohortibus adventare comperit, coacto milite sui

solertia morigeris utente, nec non Catacyla Opsicii praefecto suis, ut cum Michaele imperatore manerent. Ac tanta incrementa capit apparatus belli civilis, ut etiam Saraceni auderent insulas omnes et regiones populari et occupare, et omnino eas habituri fuissent, nisi postea Thomas his propter magnam famam maior visus esset quam ut ei se opponere possent. Quod ipse sentiens conatur cum eis per legatos agere, tali modo astute eos inescans ut proponeret quod ipsi vellent et cuperent, ingentibus eius copiis et potentia consternati. Mittit igitur ad eos pacem petens, immo potius societatem, ut auxiliarentur rebellibus imperatoris. Itaque foedus pacis init cum Agarenis, sciente duce illorum, coronatur a patriarcha Antiochiae Iobo, deinde cum Agarenis, Indis, Aegyptiis, Assyriis, Medis, Abasiis, Zechis, Iberis, Cabiris, Sclavis, Hunnis, Vandalis, Getis, et omnibus quotquot de Manentis abominabili secta erant, Lazis item et Alanis, nec non Chaldis et Armeniis, aliisque omnis generis nationibus, multarum linguarum exercitu collecto, omnem orientem in suam potestatem redegit, postremo postquam partibus Thraciae appropinquasset, Byzantium occupare vi conatur, equitibus bene armatis et lapidum iactoribus pedestribus, funditoribus item et scutatis innumeris valde roboratus, insuper et machinis bellicis obsidionalibus

κρατυνόμενος. μεθ' ὧν πολλάκις τοῖς κατ' ἡπειρον τεύχεσι προβαλὼν ἄπρακτος ἀποκρούεται, τοῦ βασιλικοῦ παιδὸς Θεοφίλου αὐτοῖς ἐπιόντος καὶ διαγωνιζομένου τὰ μάλιστα, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ πατρὸς Μιχαὴλ ἔσθ' ὅτε ὑπεξιόντος καὶ τοῖς ὑπεναντίας ἐπιτιθεμένου αὐτόχειρος. ὄθεν ἀμηχανῶν ὁ Θωμᾶς καὶ ἐπὶ ναυ-
C ἐξ Αἰγύπτου, ἀνὴρ ἐχέφρων καὶ αὐτὸς μόνος εἰδήμων τότε, παρηρησιασάμενος ἔφη τῷ βασιλεῖ κατὰ Θωμᾶ συμπονήσειν αὐτῷ παρὰ θάλασσαν, εἴπερ πρόελαιτο. ὃς τεχνικῶς τότε συνθεῖς τοῖς ναυάρχοις ἐπεχορήγησεν.

Ἐπὶ τρισὶ δὲ ὁ δειλαιὸς ἐνωτερίσατο ἔτεσιν. οὗτως ἐνωτερισμοῦ ἐπὶ βασιλείας Λέοντος τέρας τῶν ἀποφράδων ὤδει προδέδεικται. ὠράθη κομήτης κατ' οὐρανὸν ἐν σχήματι σελτῶν β' λαμπρῶς συνιουσῶν καὶ αὐτῶν διαιρεθειῶν κατὰ διαφόρους συστάσεις, ἐξ ὧν ἐκτύπωμά τι ἀκέφαλον ἐπλάσθη ἀνδρὸς, δηλοῦν πως τῶν μετὰ ταῦτα παρεισαγαγόντων κατὰ Χριστιανῶν τὸ ἀκέφαλον δόγμα τῆς στασιώδους αἰρέσεως, ἢ καὶ Θωμᾶν τὸν ἀλάστορα, ὡς ἔοικε, κεφαλὴν καὶ ἀρχηγὸν ματαιαῖζοντα τῆς ἐξ

6. σωρείαν L. 9. ἀνευρεθείσης B, ἀναρεθείσης L. 10. τότε] τότε L. 13. ναυμάρχαις L. 16. σελήνων L.

Theophilus
non paucis instructus. Cum quibus moenia urbis versus orientem aggressus, re infecta repellitur, imperatoris filio Theodosio in eos impetum faciente et quam maxime depugnante, cum subinde et pater eius Michael egressus invaderet adversarios proprio Marte. Unde in angustia constitutus, ad navale proellium progreditur, ingentem navigiorum numerum secum ducens. Atque ibi itidem male rem gerit: illa enim omnia bellico igne consumpta fuere. Cuius quidem ignis conficiendi propemodum iam scientia deperdita fuerat, tunc autem sic denuo reperta. Callinicus quidam ex Aegypto, vir prudens solusque eam scientiam habens, sumpta loquendi audacia dixit ad imperatorem se contra Thomam ei sociam operam navaturum ad mare, si vellet: atque is ignem illum artificiose a se compositum praebuit navium praefectis.

Tribus autem annis perditus ille rebellavit. Cuius rebellionis sub imperio Leonis prodigium horrendum sic apparuit. Visus est cometa in caelo sub specie duarum lunarum clare sese coniungentium rursusque separantium per diversas coniunctiones, ex quibus figura quaedam hominis sine capite formata fuit, portendens quodammodo postea invectum contra Christianos dogma rebellis sectae acephalum, vel etiam Thomam illo pestifero tamquam capite et duce vano seditionis externorum in-

ἑτέρων διαστάσεως κεκτημένων πως προεφήτευσεν. ἦνδραγα-
θήκεσαν δὲ ἐν τούτῳ ὃ τε Ὀλβιανός, καὶ Χριστοφόρος, τῆνι-
καῦτα μύγιστρος γεγονώς, οὗ οἱ υἱοὶ Βαρσάκιός τε καὶ Νάσαρ V. 16
πατρίκιοι, καὶ Κατάκυλας αὐτοῦ Μιχαὴλ βασιλέως ἐξάδελφος
καὶ πατρίκιος, περὶ ὧν προδεδήλωται· δι' ὧν τοῦ στασιώτου
τὰ φάρμακα διεσκέδαστο.

Καὶ οὕτω φασὶ τὰ κατὰ Θωμᾶν ἀκριβέστερον διεξιστο-
ρεῖσθαι. οὗτος γοῦν ὁ μουλτίων, ἐκ πατρίδος οἰκτρῦς καὶ τύ-
χης ἀφανοῦς γεγονώς, τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸ ζῆν χάριν εἰς τὴν
Κωνσταντίνου καὶ βασιλεύουσιν πόλιν εἰσῆλθεν, καὶ κολληθεὶς
τινι τῶν πατρικίων (Βαρδάνης οὗτος ἦν ὁ λεχθεὶς) ἐγκλήματι μὲν
μοιχείας παρὰ τούτου τοῦ ἀνδρὸς ἑάλω, ἦν ὑπέθετο καταπρά-
ξασθαι τούτῳ Νικηφόρος ὁ τῆνικαῦτα τὸ βασιλεύειν λαχών, τῷ
Βαρδάνῃ βασκαίνων διὰ τὴν προσοῦσαν καλοκάγαθίαν αὐτῷ·
φεύγων δὲ τὴν ἐπὶ τῇ μοιχείᾳ δίκην, ἦν καταπράξασθαι μὲν B
ἐπειράθη, οὐκ εἰς ἔργον δὲ προέβη, εἰς Συρίαν ἀπέδρα. καὶ
πρῶτον μὲν τὴν εἰς Χριστὸν ἐξήρηται πίστιν, καὶ χρόνον συ-
χρὸν ἐν αὐτοῖς διατρέψας, ὡσεὶ εἰ καὶ κ' παρελκυσθῆναι ἐνιαυ-
τούς, ψευδῆ φήμην ἑαυτῷ περιποιεῖται, Κωνσταντίνον εἶναι
αὐτὸν εἰσηγούμενος τὸν Λέοντος καὶ Εἰρήνης. οὗτος δὲ ἄρα
διὰ τὴν μοχθηρίαν τῶν τρόπων μετὰ τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς βα-
σιλείας ἐστέρηται καὶ ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισται μετὰ βραχὺ τῆς
ἐκπτώσεως, καὶ ὁ τοῦδε νεκρὸς ἐν τινι κατετέθη σορῶ τότε τῶν

1. προεφύτευσεν L.

structae quodammodo praenuntians. Strenue autem rem gesserunt in hoc bello Olbianus et Christophorus, tunc magister factus, cuius filii Barsacius et Nasar patricii; Catacylas item ipsius Michaelis imperatoris patruelis, et ipse patricius, de quibus a nobis iam dictum. Per hos rebellis illius venena dissipata.

Hoc etiam modo dicunt de Thoma rem accuratius per historiam tradi. Iste rebellis, ex patria misera et conditione obscura oriundus, rerum ad vitam sustentandam necessariarum gratia in Constantini imperatoriam urbem venit. Cumque se applicasset cuidam patricio (Bardanes iste fuit, de quo diximus), crimine adulterii ab hoc viro reus fuit factus, ad quod perpetrandum hortatus eum fuerat Nicephorus illo tempore imperator, Bardani invidens propter insitam ei probitatem. Reus autem factus crimine adulterii, quod perpetrare quidem conatus fuerat, sed in actum non devenerat, in Syriam profugit. Ac primum quidem fidem in Christum abnegavit: dein cum satis longo tempore inter ipsos habitasset, elapsis iam viginti quinque annis, falsam famam sibi acquirit, Constantinum se esse dicitans, illum Leonis et Irenes filium. At is propter morum improbitatem et oculis et imperio orbatus fuerat, ac non multo post, ut imperio excederat, e medio sublatus fuit, cadaver autem

ἐν τῇ βασιλευσίῳ σεμνείων. ἀλλ' ὄγε παλαμναῖος οὗτος ἀνὴρ
 μετὰ Σαρακηνῶν διαζῶν, ὑποσχέσει τούτους ἐπαίρει λαμπραῖς,
 ὡς ὑποτελῆ ποιήσειν αὐτοῖς τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, εἰ καὶ χρήματα
 C ἱκανὰ καὶ στρατὸν ἀξιόχρεων δοῖεν πρὸς τὸ ἔργον αὐτῶ. καὶ δὴ
 τῶν αἰτουμένων τυχὼν ἐκστρατεύει κατὰ Ῥωμαίων εὐθύς, ποι-
 ται δὲ καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐγχειρουμένων νῆδον ἀνθρώπιον τι
 μισοβάρβαρον εὐρηκῶς, μετὰ τῆς ψυχικῆς φανλότητος καὶ ἀνοίας
 ἔτι δὴ καὶ δυσμορφίαν σώματος δυστυχοῦν καὶ τᾶλλα τῶν τοῦ-
 του· ὃ δὴ καὶ Κωνσταντῖον ἐπιτρέπει καλεῖσθαι, ἀπόμοιράν τι
 τούτῳ Σαρακηνῶν στρατεύματος δοῦς σὺν αὐτῷ εἰς τὰ Ῥωμαίων
 εἰσβάλλει ἤθη. Λέων δὲ τότε καιροῦ τούτων ἦν βασιλεὺς, ὁ
 Βάρδα μὲν τοῦ πατρικίου υἱός, ἕξ Ἀρμενίων δὲ κατὰ γων τὸ γέ-
 ρος· οὐ πολωρίας δὲ ἀξιώσας τὸ ἐπιφνὲν Ῥωμαίοις κακόν, σχ-
 D διάσας δὲ πληθὸς στρατεύματος βραχὺ καὶ κατῆγεμόνα στρα-
 τιώτην μῦλλον ἢ στρατηγὸν ἐπιστήσας κατὰ Θωμᾶ ἀποστέλλει
 καὶ δὴ τῶν στρατευμάτων ἀμφοτέρων συμπεσόντων ἀλλήλοις
 κατὰ τι τῶν ἐν τῇ ἔῳ χωρίων, πταίει μὲν ὁ τοῦ βασιλείως στρα-
 τὸς καὶ εἰς φυγὴν τρέπεται· ἐπ' ἀδελφὸς δὲ ὁ ἀποστῆτης γενόμε-
 ρος πάντα πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐπιτρέχει καὶ πρὸς βίαν τὰ ἐαυ-
 τοῦ ποιεῖται φρονεῖν.

Οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Μιχαὴλ Λέοντα φρονεῖ καὶ
 τὴν βασιλείαν ἐκδέχεται. ὁ δὲ γε στασιάρχης Θωμᾶς, ὡς μὴ

2. τούτοις ἐξαίρει I.

8. δὴ] δὲ I.

14. οὐ βραχὺ I.

eius loculo impositum in quodam augustali imperatoriae urbis. Iste vero
 sceleratus homo cum apud Saracenos viveret, pollicitationibus istos sol-
 licitavit, se tributarium illis facturum Romanorum imperium, si et pe-
 cunias, quantum satis, et exercitum idoneum ad eam rem ei praebeant.
 Et ecce petitis potitus mox expeditionem suscipit in Romanos: adoptat
 etiam propter magnitudinem rerum susceptarum, filium homuncionem
 quendam semibarbarum nactus, cum animi improbitate et amentia etiam
 corporis et deformitate et ceteris laborantem, atque Constantium iubet
 appellari, cumque partem ei Saracenorum exercitus tradidisset, cum illo
 in Romanorum ditionem impetum facit. Leo illo tempore erat imperator,
 Bardae quidem patricii filius, sed genus ducens ex Armeniis. Cum autem
 hic non magna cura dignum existimaret imminens Romanis malum, ex-
 temporalis opera collegit numerum copiarum exiguum, impositoque eis
 duce, aut gregario potius milite quam duce, contra Thomam misit. Ac
 concurrentibus utrinque exercitibus apud oppidum quoddam in oriente,
 vincitur imperatoris exercitus atque in fugam vertitur. Cumque sine
 metu esset desertor, per totum orientem grassabatur omnesque vi cogebat
 suarum esse partium.

Nec multo interfecto tempore Michael Leone interfecto imperium
 suscipit. Princeps autem seditionis Thomas, ut cui non esset satis

κούσης αὐτῷ τῆς κατὰ γῆν ἐπικρατείας σχεδὸν ἀπάσης, ἥδη
 ναυτικὸν ἅπαν τὸ ὑπὸ Ῥωμαίους ὄν, πλὴν τοῦ βυσιλικοῦ κλη-
 ῖντος, ὑποποιεῖται, καὶ ναῦς πλείστους ναυπηγήσας ἐτέρως σί-
 νου τε παραπομπούς καὶ ἵππων τύς τε πολεμιστηρίους, ταύτας **B**
 κατὰ Λέσβον κελεύει μένειν αὐτόν· ὃ δὲ ἅμα μυρῖω δὴ τινι
 στρατῷ καταλαμβάνει τὸν μεταξὺ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου πορθμόν,
 κατὰ νότου δὲ λιπῶν ἑαυτοῦ τὸν ψευδοκωνσταντίον καὶ ποιη-
 ῖντα νῆδον ἅμα μεγίστην δυναστείαν τῶν προκατελημμένων αὐτῷ **V. 17**
 ἔλοιπὰ καταδραμεῖν ἐπιτρέπει. δαιμόνων δὲ εἰσηγήσειεν οὐ-
 ρος καὶ μαντείαις ἡγμένος χρόνον ἡμέραν τοῖς συμπόταις προλέ-
 ει καθ' ὃν τῇ βασιλευσῶσῃ προέλθοι πόλις ἐν ἀρρήτῳ δόξῃ τινί·
 ἣ δὲ τῆς κυρίας ἐνστάσης αὐτῆς τῷ ὑπὸ τὸν Ὀλβιανὸν περι-
 ῖνται στρατῷ, οὗ πρὸς βραχὺ μὴ ἐνεγκῶν τὴν ὁρμὴν φεύγει τε
 καὶ εὐθὺς ἀλλίσκεται. καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ γενναῖος Ὀλ-
 βιανὸς ἐκτεμὼν πέμπει τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ· ὃ δὲ τῷ στασιώτῃ
 κτύην καὶ ψευδωνύμῳ ἀποστέλλει πατρί. ἀλλ' οὗτος μὲν οὐδὲν
 τῆς ἀπονομίας ἠέμετο, ἀλλ' ἅμα τῷ νῆτῃ Λέσβοθεν ἦκοντι
 ἰούλῳ, καὶ αὐτὸς ναυσὶν ἵππαγωγοῖς κεκορημένος, νύκτα διασκο-
 ῖσας ἀσέλῃνον, ἐκ παράλου τοπλοῦ τινὸς ὃ δὴ πρὸς τῶν ἐγγω-
 ῶν καλεῖται Ὀρχύσιον, πολλαχοῦ περιουῖται τῆς Θρακίας λα-
 ῶν, εὐρῶν δὴ πάντας Θρακίας κατηκόους αὐτῷ, καίτοι τοῦ
 ασιλέως, ὅτε δὴ φήμη περιηγγέλη ὡς διαβαίνει ναυσὶν ὃ ἀπο-
 τάτης τὸν κατὰ τὴν Ἀβυδὸν τῆς Θαλάττης πορθμόν, ἐνστρα-

6. σειστοῦ L. — 21. εὐρῶν δὲ L. 22. φήμη περιηγγέλει L.

binere terram fore omnem, etiam rem nauticam universam Romanorum,
 excepta classe illa quae imperatoria dicebatur, in suam potestatem rede-
 it, navesque plurimas fabricatus alias tritico et equis portandis, bel-
 las item, apud Lesbum expectare iubet: ipse autem cum innumeris
 opibus occupat fretum inter Sestum et Abydum. Cumque Pseudoconstan-
 tium, quem adoptaverat in filium, cum maxima multitudine a tergo reli-
 quisset, ea quae ipse nondum occupasset et reliqua essent pergrassari
 iubet. Iste porro daemonum monitis et vaticiniis impulsus tempus et
 diem praedicat convivis suis quo imperatoriam urbem esset ingressurus
 cum gloria quadam ineffabili. Iamque instante statuto illo die, in Ol-
 biani exercitum incidit; cuius impetum cum ad breve tantum tempus sus-
 tenuisset, fugam arripit statimque capitur. Eiusque caput egregius ille
 Albanus amputatum mittit imperatori Michaeli: iste autem rebellem et
 patri falsi nominis transmittit. Sed is nihil a dementia remisit, verum
 una cum classe a Lesbo veniente, et ipse hippaginibus utens, nocte ob-
 servata illumi, a maritimo quodam oppido quod ab illius loci hominibus
 vocatur Horcosium, in diversis Thraciae locis clam appulit invenitque
 Thracas universos sibi addictos; quamvis imperator, cui fama nuntiaret
 rebellem navibus traicere fretum apud Abydum, exercitum quendam

τεύσαντός τε κατ' αὐτοῦ ὀλιγίστῳ στρατῷ καὶ ἐκ πασῶν πόλεων Θρακικῶν ὡς συμμαχήσουσι βασιλεῖ πίστει λαβόντος· ὁμῶς ταύτας ἀπύσας παρ' οὐδὲν θεμένων αὐτῶν, πολὺς ὁ τύραννος ἐγγόνει, καὶ τούτων προσρέντων αὐτῷ. παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν πόλιν ὑπονοστεῖ, καὶ ὡς ἐνῆν τὰ κατ' αὐτῆν ἄσφαλέστατα διαθεῖς, πεζὸν ἅμα καὶ ναυτικὸν συναθροίξει στρατὸν ἐκ τῶν κατ' ἀνατολὴν ἤδη τοῦ ἀποστάτου ὑποχωρήσαν-
Cτος πρὸς γε βραχὺν χρόνον τῆς τυραννίδος ἀπηλλαγμένων. ἐνίησι δὲ βασιλεὺς καὶ πῦρ πολεμιστήριον ταῖς ναυσί, καὶ τὴν σιδηρᾶν σχοῖνον ἀπ' ἀκροπόλεως μέχρι τοῦ πέριθεν φρουρίου διέτεινεν, ὡς ἂν τὸ κατὰ τὴν πόλιν καλούμενον Κέρας μὴ ἐκ τοῦ στόλου τῶν ἀντιπύλων πημαιοίτο. Γρηγόριον δέ, πύλαι μὲν χρηματίσαντα στρατηγόν, δι' αἰτίας δὲ βασιλεῖ γεγονότα καὶ διὰ τοῦτο εἰς Σκῦρον, μίαν τῶν Κυκλάδων νήσων, φυγαδευθέντα, λαβῶν ὁ ἀποστάτης, ἅτε δὴ προσχωρήσαντι αὐτῷ, χειροτονεῖ στρα-
Dτεύματος ἡγεμόνα μυρίων ἀνδρῶν, καὶ τοῦτον πρόδρομον αὐτοῦ κατὰ τῆς βασιλευσύσης προπέμπει, ἀλλὰ δὴ καὶ στόλον ναυτικῶν ἀνδρῶν, ἵνα δὴ ἄμφω κατὰ ταῦτόν ἐν τῇ Κωνσταντίνου γένοιτο πόλει. καὶ δὴ γέγονε τοῦτο ταχέως, συνελθόντες ἀλλήλοισ ἀπό τε γῆς καὶ θαλάττης κατὰ τὰς Βαρβύσου τοῦ ποταμοῦ
 Ἐκβολάς, οὐδὲ τῆς σιδηρέως ἔξαρκισύσης σειρᾶς κωλύσαι τὴν τῶν πολεμίων ἔξοδον πλοίων. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς σὺν

6. πεζῶν ἅμα καὶ ναυτικῶν L.
 τὸν L. 19. ταχέως L.

8. βραχὺ χρόνον L. 18. κατ' ἀ-

perexiguam eduxisset contra eum et ex omnibus civitatibus Thracicis fidem auxilii praestandi et societatis accepisset. Sed istis eam negligentibus, magna incrementa capit tyrannus, his etiam ad eum confluentibus. Statim igitur imperator in urbem revertitur, atque ut licebat ea firmata, terrestres simul et navales collegit copias ex orientalibus, qui post discessum desertoris iam aliquantisper tyrannide liberati erant. Immisit autem imperator etiam ignem bellicum navibus, atque ferream catenam ab arce usque in castellum ex adverso extendit, ne urbis Keras quod vocatur (i. e. Cornu) ab hostili classe infestaretur. Porro Gregorium, qui olim quidem fuerat dux militaris, sed in offensionem imperatoris venerat atque ob id in Scyrum unam ex Cycladibus insulis relegatus fuerat, hunc inquam nactus desertor, utpote ad ipsum se conferentem, praeficit exercitui decem mille virorum, atque hunc praecursorem suum adversus imperatoriam urbem mittit, simul autem et classem nauticumque exercitum, ut ambo eodem tempore Constantinopolin pervenirent. Id quod cito admodum factum fuit, cum convenissent terra marique ad Barbysi fluvii ostia, neque ferrea illa catena valuisset prohibere adventum navium hostilium. Nec multo post ipse etiam cum octoginta millibus ad-

π' χιλιάσιν ἐπιστατεῖ τῇ πόλει, ἐπὶ δὲ τῷ προτέρως ποιηθέντι
 υἱῷ καὶ ἕτερον ἀναδείκνυσιν, Ἀναστάσιον ὄνομα, πύλαι μὲν εἰς
 τοὺς καλουμένους τελέσαντα μοναχοὺς, εἰς κοσμικῶν δὲ τρῶπων
 φραυλότῃτι τάξιν ἐληλυθότα, αἰσχρὸν τὸ εἶδος, ὥστε δοκεῖν ἔξ
 οἰνοποσίας Ἰνδογενῆς εἶναι, μοχθηρότερον τῇ ψυχῇ ὑπὸ ἐμπλη-
 ξίας ἐσχάτης. μετὰ τούτου οὖν καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ προσ-
 βάλλει τῇ πόλει, ἅμα τῷ φανῆναι οἰόμενος ἀνοιγῆναι τὰς πύλας
 αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ τῆς ἐλπίδος διαμαρτάνει, τῶν πολιτῶν μεθ'
 ὕβρεων ἀποπεμψάντων αὐτόν, σκηνοῦται κατὰ τῶν σεβασμῶν
 Ἀναργύρων νεών, καὶ πάντας ἔσχεν ὑπηκόους τοὺς κατὰ τὸν
 Θράκιον οἰκοῦντας Βοσπόρον. εἶτα πόλεμον μετὰ τῆς πόλεως V. 18
 συγκροτεῖ τοξεύμασιν ἀπάτοις καὶ τοῖς ἐκ τῶν πετροβόλων λίθοις
 ὀργάνων, μάλα δὴ κατὰ μέρος τῶν Βλαχερνῶν ἐλπίζων ταύτην
 ἐλεῖν. ὄθεν δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀναβάς ἐπὶ τῆς ὀροφῆς
 τοῦ τῆς Θεοτόκου ναοῦ τὸ πολεμικὸν σημεῖον πῆγνυσι, κελεύει
 δὲ καὶ Θεόφιλον τὸν υἱὸν λαβεῖν γε τὸ νικοποῖον τοῦ σταυροῦ ξύ-
 λον καὶ τὴν σεβαστὴν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος, καὶ περιελθεῖν
 τὸν τοῦ Βυζαντίου τείχους περίβολον μετὰ λιτανείας, σὺν ἡμῶ
 τῷ ἱερῷ κλήρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, τῆς θείας ἐπικουρίας
 δεόμενον. παρατάττεται δὴ παντοίῳ πολέμιον εἶδει ὁ ἀποστάτης
 καὶ μηχαναῖς· ἀλλ' ἔξ ὑπερδεξίου οἱ τοῦ βασιλέως ταῖς τε βο-
 λαῖς καὶ τοῖς ἀντιμηχανήμασι κερρημένοι διωθόνται τοὺς ἐναν- B
 τίστους, ὥστε καὶ κλίμακας καὶ χελώνας κριοὺς τε καὶ πᾶν εἶ τι

1. ἐπίσταται L.

4. φανλότῃτα L.

fuit ad urbem. Adoptavit etiam, post priorem adoptivum filium, alte-
 rum quoque, Anastasium nomine, qui olim quidem monachus fuerat, sed
 ad secularium improbitate morum ordinem defecerat; turpi facie, ut vi-
 deretur ob vinolentiam ex India oriundus, sed peiore animo propter ex-
 tremam vecordiam. Cum isto igitur et universo exercitu accedit ad ur-
 bem, simul atque apparuisset putans apertum iri portas sibi. Cum au-
 tem haec spes eum fefellisset, civibus eum cum contumelia ablegantibus,
 tabernacula ponit apud venerabilium Anargyrorum templum, omnes-
 que habuit sibi subiectos eos qui in Thracio habitabant Bosporo. Deinde
 bellum adversus urbem instaurat cum sagittis innumeris et lapidibus ex
 machinis ad id paratis, potissimum a parte Blachernarum sperans se
 eam capturum. Quapropter et Michael, conscenso tecto templi deiparae,
 belli signum figit: iubet etiam Theophilum filium sumere lignum crucis
 victoriae efficiens venerandamque vestem deiparae, et obire moenium
 Byzantii ambitum, supplicando, una cum sacro clero aliisque civibus,
 divinum auxilium implorantem. Oppugnat ergo desertor omni genere
 bellandi atque machinis. Sed ex superiore loco ii qui erant cum impe-
 ratore, iactibus et machinis contra instructis usi, repellunt adversarios,
 ita ut scalas et testudines et arietes et quidquid eiusmodi esset instru-

τοιούτων ὄργανον λιπόντας ὑπὸ τὰς ἰδίας διαδρᾶναι σκηνάς. ἀλλὰ καὶ ὁ ναυτικὸς τοῦ ἀποστάτου στρατοῦ καὶ αὐτὸς τῶ ὑγρῷ κερημένους πυρὶ, κυκλοῖ τὴν πόλιν τούτῳ τε καὶ τοξέμασιν ἀριθμοῦ πλείοσι, πρὸς δὲ καὶ τετρασκελέσιν ἐλεπόλεσι καλουμέναις, πνεύσαντι ἐναντῖον πνεύματι ἀποκρούεται, ὅτε δὴ καὶ χει-5 μέρου τῆς ὥρας οὔσης.

Ἦδη δὲ τοῦ ἡλίου ταῖς ἀρκτέροις οἰκήσεσιν ἐπιθέοντος διὰ τε τοῦ πεζικοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ προσηβάλλει τῇ πόλει κατ' ἐκείνο μάλα τὸ μέρος ὃ δὴ Κέρας τὸ σχῆμα καλεῖται, τετρασκελεῖς ἐλεπόλες κατασκευάσας καὶ ἐκ τῶν πεμπομένων δι' 10 C αὐτῶν ἀπὸ τῶν νεῶν λίθων κατασεῖν τὸ τεῖχος οἰόμενος. ὁ δὲ γε βασιλεὺς τισι τῶν ἐναντίων διὰ τοῦ τεύχους εἰς λόγους ἤλθεν ἀμνηστῶν τῶν ἐργασμένων αὐτοῖς ἕξιν, εἰ μεταμεληθεῖεν, παρεγγῶν· οὐ πείθει δὲ τούτοις, ἀλλὰ στρατὸν τινα καθοπλίσας ὀλίγιστον, ἀθρόον τῆς πόλεως ἕξεισι καὶ τοὺς ὑπαντήσαντας 15 αὐτῷ κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ κατὰ θάλατταν δὲ τοσοῦτον ὥστε τὰ πλοῖα πρὸς γῆν διοικιλαντας συνδεδεμένα πρὸς τοὺς ἐκ τῆς χέρσου μαχομένους ἀναφυγεῖν καὶ τὸν ἐκ θαλάττης ἀπαγορεύσασθαι πόλεμον, ἐκόντας τε πολλοὺς τῶν πολεμίων προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ. ἐν οἷς καὶ Γρηγόριος, συνελκύσας ἑαυτῷ καὶ τινα 20 D μούραν βραχεῖαν στρατοῦ καὶ κατὰ νίκτα τινα λαβόμενος εὐκαιρίας, φεύγει πρὸς τὴν Θράκην καὶ κατὰ νώτον γίνεται τοῦ τυ-

1. λιπόντας L. 3. κυκλῶν conl. B. 9. μάλα] fort. κά-
 λιν. 15. ἀθρῶων L. 17. διοικιλαντα L. 22. νώτον L.

menti relinquerent inque sua diffugerent tabernacula. Sed et navalis exercitus desertoris ipse etiam humido utens igne, oppugnans urbem illo, et sagittis innumeris, insuper et machinis quaternorum crurum, flante adverso vento relicitur.

Sole autem iam septentrionalia lustrante, terrestri et navali exercitu oppugnat urbem, illa praecipue parte quae Keras (i. e. Cornu) a figura vocatur, machinas cum quaternis cruribus fabricatus, atque missis per eas lapidibus e navibus muros se concussurum putans. Ceterum imperator cum quibusdam ex hostibus de muro collocutus oblivionem et veniam patratorem, si paenitentiam prae se ferant, promisit, sed non persuasit. Itaque postquam exercitum perexiguum armasset, subito ex urbe erumpit et occurrentes sibi magna strage vincit; pariter et in mari, ut navibus ad terram actis et colligatis, ad eos qui in continente pugnabant confugerent, in mari pugnare laud sustinentes, multique ex hostibus ad Michaellem deficerent; inter quos et Gregorius, abstrahens secum partem quandam exiguam exercitus, atque nocte quadam nactus opportunitatem, properans se confert in Thraciam et a tergo fit tyranno.

ράννου. ἀλλ' ὄγε στασιάρχης ἅμα τῷ τοῦτο μαθεῖν στρατεῖαι
κατὰ Γρηγορίου, καὶ τοῦτον καταλαβὼν ἀναίρει, καὶ πάλιν εἰς
τὴν πόλιν ἔλθων τῆς ἐξ ἄρχῆς ἔχεται προσεδρείας, [γράμμισι τε
πεπλασμένοις, ὡς κατὰ τε γῆν καὶ θάλασσαν εἴη νενικηκώς, τῷ
5 κατὰ τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰς νήσους ἀπάσας ναυτικῶ ἔξαπατήσας
ἀναχθῆναι κελύει καὶ τῷ βασιλεῖ διαμάχεσθαι.] καὶ ὅττα πλοῖα
σιταγωγὰ τοῖς πολεμιστηρίοις προσκαθοπίσαντες πανθυμαδὸν
ἀναπλίουσι, προσορμίζονται τε τῇ τῶν καλουμένων Βυριδων Β
ἀκτῆ, τῶν προτέρων οὐκ ἐλάττους οὔσαι τὸ πλῆθος. [καὶ γὰρ
10 εἰς ν' καὶ τ' ὁ τούτων ἠῤῥητο ἀριθμός.] ἔμελλε δὲ ἄρα ἕκ τε νο-
τίου μέρους καὶ βορείου τῆς πόλεως αὐτῇ προσβαλεῖν ταῖς ναυσί.
βασιλεὺς δὲ προσφάσας ἀποστέλλει πυρφόρους ναῦς, αἱ δὲ ταῖς
τῶν ἐναντίων ναυσὶ κατὰ τὸν εἰρημένον ἐπιθέμεναι χῶρον, ὡς V. 22
μὲν ὀλοκαυτοῖσιν αὐτῶν, ὡς δὲ σκεδαννύουσιν, τὰς πλείους δὲ
15 τούτων αὐτῶν συλλαμβάνουσιν ἀνδράσιν αὐτοῖς καὶ τῷ βυσιλεῖ
προσάγουσιν.

Ἀκηκῶς δὲ Μορτάγων ὁ κύριος Βουλγαρίας ὅσα τε καὶ
οἷα κατὰ τὴν βασιλίδι πόλιν σὺννηέχθη γενέσθαι, διαπρεσβένε-
ται πρὸς βασιλέα καὶ συμμαχεῖν αἰτεῖται αὐτῷ· αἱ γὰρ ὑπὸ
20 Λέοντος τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτοὺς τριακοντούτεις σπονδαὶ ἦδη
τὴν πρώτην δεκαετηρίδα συνεπλήρουσιν σχεδόν. ἀποδοχῆς δὲ με-
γάλης ὁ βασιλεὺς τὴν γνώμην αὐτῶν ἀξίαν κρίνας ἀπολογεῖται μὴ

1. τῷ om. L.

6. καὶ δὴ τὰ L.

11. προσβαλλεῖν L.

22. ἀξίως L.

Sed rebellionis princeps, simul atque id intellexit, cum militari manu
aggreditur Gregorium captumque interficit, reversusque ad urbem obsi-
dionem continuat, litterisque fictis, quasi terra marique vicisset, deci-
piens, naves e Graecia insulisque universis subvehi iubet ad proelium
cum imperatore committendum. Itaque navibus vehendo frumento belli-
cisque instructis unanimiter provehuntur appelluntque in littore Byri-
densi, haud minore numero quam priores: nam ad cccc earum excreve-
rat numerus. Erat autem et ab australi et a boreali parte urbem navi-
bus aggressurus. Sed imperator praeveniens misit igniferas naves, quae
hostiles naves in loco praedicto adortae partim comburunt integras, par-
tim dispergunt, plerasque autem capiunt una cum hominibus et impera-
tori adducunt.

Cum autem audivisset Mortagon Bulgariae dominus quae quantaque
imperatoriae urbi accidissent, per legationem agit cum imperatore, de-
poscitque sibi societatem belli. Nam foedus illud tricennale sub Leone
imperatore cum ipsis factum iam fere primum decennium implebat. Sed
imperator, quamvis magnopere probandam iudicaret voluntatem ipsorum,
se excusavit, haud oportere eos inter quos conventum sit tanto tempore

χρῆναι τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ὠμολογηκότας Χριστιανικῶν αἱμάτων ἀφέξασθαι ἐπὶ τῷ τῶν στασιωτῶν πολέμῳ τὰ καλῶς
 B δόξαντα καταλείναι· φιλοφρονησάμενος δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἀξίως πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀποστείλλει. ἀλλ' οὗτοι μὲν κατ' οὐδὲν τῶν τοῦ βασιλέως φροντίσαντες λόγων κατὰ τε τοῦ τυράννου 5 στρατεύουσι καὶ εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσβαλόντες ἤθη κατὰ τὸν Κηδούκτου καλούμενον στρατοπεδεύονται γῶρον. μαθὼν δὲ ὁ ἀποστάτης τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Βουλγάρων ἔφοδον, τοῦ καταλειφθέντος αὐτῷ ναυτικοῦ λόγον οὐδένα ποιεῖται, ὅθεν δὴ τοῦτο πᾶν τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖ· ὅλος δὲ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ γεγωνῶς 10 ἀπαίρει μὲν τοῦ προσεδρεύειν τῇ πόλει, κατὰ δὲ τὸ εἰρημένον χωρὶον προσβαλὼν τοῖς Βουλγαροῖς κατὰ κράτος ἤττυται. καὶ πλείστοι μὲν τῶν αὐτοῦ κτείνονται καὶ πυρπολοῦνται πρὸς τού-
 C των· οἱ δὲ περιλειφθέντες ὡς εἶχον σθένους σκεδάννυνται πον. λείαν δὲ πολλὴν τῶν πολεμίων οἱ Βούλγαροι συμφορήσαντες πρὸς 15 τὴν ἑαυτῶν ὑποστρέφουσιν.

Οὐκ ἀπολήγει δὲ καὶ οὕτως πράξας κακῶς τῆς ἀπονοίας ὁ τύραννος, ἀλλὰ τοὺς σκεδασθέντας συλλέξας [καὶ] πρὸς τὴν καλουμένην Διάβασιν, ὅτε δὴ πρὸς τὸ στρατοπεδεῦσαι πάντα ὄσαν ἐπιτηδεῖαν, διὰ τε τὴν τῶν ἵππων νομὴν καὶ πρὸς τὴν ἄλλην 20 χρεῖαν τῶν ἀνθρώπων ἀφθονωτέραν τυγχάνουσαν, ἐκεῖσε σκηνοῦται τῷ τέλματι τοῦ χωρίου Θυρρήσας, ἐκεῖθεν τε ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως, ὄντως τύραννος ὢν, συχνὰς ποιεῖται καταδρομὰς καὶ τὰς πλησιαζούσας πυρπολεῖ κώμας. ὅπερ δὴ μαθὼν ὁ βα-

abstinere a Christiano sanguine, propter rebellium bellum ea quae recte probassent et decrevisset rescindere. Condigne ergo pro ipsorum promptitudine atque humane exceptos habitosque in patriam dimittit. Sed isti, nihil curantes imperatoris dicta, adversus tyrannum infesto exercitu proficiscuntur, atque apud Cedocli locum ita dictum castra ponunt. Porro desertor, cognito Bulgarorum hostili adventu, relictae quidem a se classis rationem habet nullam; unde etiam ea tota imperatori se adiunxit: totus autem terrestri exercitui intentus ab obsidenda urbe discedit et apud praedictum locum congressus cum Bulgaris ingenti clade afficitur, plurimique suorum occiduntur et cremantur, reliqui autem quantum possunt fugientes disperguntur. Multis autem spoliis hostium congestis Bulgari in patriam revertuntur.

Non desinit tamen, quamvis re ita male gesta, tyrannus insanire. Sed postquam dispersos collegisset, ducit ad Diabasin locum ita dictum, castris omnino idoneum, pabulis equorum rebusque aliis ad usum hominum abundantiore: illic tabernacula ponit, palude illius loci tutum se fore ratus, atque inde tanquam ex arce verus tyrannus crebras facit incursiones proximosque vicus incendiis vastat. Quo intellecto imperator

σιλεύς Μιχαήλ, ὡς εἶχε δυνάμειως, εὐαρίθμητον σχεδιάζει στρα- D
 τὸν καὶ κατὰ τοῦ τυράννου πρὸς τὸν εἰρημένον ἔρχεται χῶρον
 σὺν κόσμῳ στρατηγεσίας παντί, λόγοις καὶ ταῖς ἄλλαις ὑποσχέ-
 σεσι τοὺς συνόντας ἐπιρωννύς. ὁ δὲ τύραννος πλήθει πολλῶ
 5 δὴ μάλα ὑπαντιάζει τῷ βασιλεῖ, σχηματίζεται τε φυγὴν, ὥστε
 τὸν τοῦ βασιλέως στρατοῦ διαλυθῆναι συνασπισμόν· διαμαρτά-
 νει δὲ τοῦ σκοποῦ, μήτε τὴν τάξιν τοῦ βασιλικῆ διαλύσας στρα-
 τοῦ, μήτε τοῖς ἑαυτοῦ συναφθῆναι οἶός τε γεγονώς, ἀλλὰ τῶν
 ἐναντίων μὴ ἐνεγκῶν τὴν ὀρμὴν, ὡς εἶχε τάχους, χορηται φυγῇ
 10 καὶ πρὸς τὴν Ἀρκαδιούπολιν σὺν τισι τῶν ἑαυτοῦ διασωζέται. E
 ὁμολογήσαντας δὲ αὐτῷ τοὺς πλείστους τῶν στασιωτῶν ὁ βασι-
 λεὺς εἰληφῶς ἐπέρχεται τῇ πόλει αὐτῇ καθ' ἣν ὁ τύραννος διεσώ-
 ζετο, χάρακά τε περιβάλλει αὐτῇ καρτερόν κύκλω. ὀλιγίστους
 δὲ ὁ ὑποστάτης ἔχων ἔνδον τῆς πόλεως ἱππότας, πολλὰκις, ὅτε
 15 δὴ πεφυρμένους διήθρει τοὺς ἐναντίους, ἤφειε κατ' αὐτῶν τού- V. 20
 τους· ἀλλ' οὖν γε καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐπάνθανον ἢ ἔδρων οἱ δει-
 λαιοι. ὁ δὲ γε βασιλεὺς ἐλέποιν μὲν οὐ προσῆγε τῇ πόλει, φει-
 δοῖ μήτε τινα τοῦ λοιποῦ τῶν ὁμοδόξων ξίφεσιν ἀναιρεῖσθαι,
 μήτε μὴν δειχθῆναι τοῖς Σκύθαις ὡς δυνατόν μηχαναῖς τὰς ὑπὸ
 20 Ῥωμαίων ἀλῶναι πόλεις· λιμῶ δὲ καὶ προσεδρεῖα περιγενέσθαι
 τοῦ τυράννου διέγνω. καὶ δῆτα πολλοῦ χρόνου διαδραμιόντος
 τοσοῦτον ἐνδεΐται τῶν πρὸς τὸ ζῆν ὁ τύραννος ἀναγκαιῶν; ὥστε

13. καρτερῶν L. 15. διήθρει L. 16. Continuator p. 41 D.
 καὶ φόνον οὐ ποιεῖ μὲν, κάσχει δὲ παρὰ τῶν ἐχθρῶν.

Michael, medico coactq̄ exercitu adversus tyrannum in praedictum locum proficiscitur bene instructa acie, verbis et pollicitationibus suos confir- mans. Tyrannus porro cum ingenti multitudine adversum proficiscitur, simulat autem fugam, ut imperatoris acies dissolvatur: sed ab hoc scopo aberravit, cum nec imperatoris exercitus ordinem turbaret, nec ipse cum suis coniungere se posset. Itaque adversae partis impetum sustinere non valens qua poterat celeritate fugit, atque in Arcadiopolin cum quibusdam ex suis evadit. Porro imperator, cum plerosque ex rebellibus in fidem accepisset, aggreditur ipsam urbem in quam tyrannus evaserat, vallumque ei circumdat undique firmum. Desertor autem paucissimos in- tra urbem habens equites, saepe, quoties scilicet sine ordine turbatos cerneret adversarios, immittebat his illos: sed hac etiam ratione plus patiebantur quam efficiebant perditum illi. Nullas autem imperator machi- nas admovit urbi, id cavens ut nec ex consortibus fidei quisquam gladio interficeretur, neque ostenderetur Scythis posse machinis capi Romano- rum urbes: verum fame et assidua obsidione tyrannum in suam potesta- tem redigere statuerat. Itaque multo tempore elapso adeo indigere coe- pit tyrannus rebus ad vitam necessariis, ut primo quidem omnem acta-

πρῶτον μὲν πᾶσαν ἄχρηστον ἡλικίαν καὶ φύσιν ἐκκνεοὶ τῆς πό-
 λεως, εἶτα τῶν ἵππων αὐτῶν διὰ τὴν λιμὸν ἀποφθαρέντων, τῶν
 κρεῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα ὀδωδότην, γεύσασθαι πείθει· προῆλ-
 θον δὲ εἰς τὸ κώδιά τε καὶ τάλλα σκύτη φαγεῖν. καὶ τέλος οἱ
 μὲν αὐτῶν διὰ τῶν πυλῶν λανθάνοντες, οἱ δὲ καὶ διὰ τῶν τει- 5
 χῶν καθάπτοντες κάλους, ἄλλοι δὲ καὶ ἐαυτοὺς ῥιπτοῦντες κατὰ
 τὸ ἔδαφος καὶ τὰ μέλη συνθλάμενοι, ἀνωμολόγουν τῷ βασιλεῖ,
 καὶ συγγνώμης τυγχάνοντες καὶ ἀδείας Ἀναστασίῳ τῷ ψευδωνί-
 μῳ τοῦ τυράννου συνήπτοντο νίψ, τοῦ Βύζης ἐπειλημμένῳ πο-
 λίσματος, ἐκ τούτου ἐν αὐτοῖς διαπολεμεῖν τῷ βασιλεῖ ἡρημένῳ, 10
 ἵνα δὴ παράσχοι τῷ ἀποστάτῃ ἐν τῷ μάχεσθαι ῥαστώνην φηγῆς.
 εἰς δὲ λόγους ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐλθὼν καὶ τῶν εἰς αὐ-
 τὸν ἁμαρτημάτων λήθην μεθ' ὄρκων ὑποσχόμενος ἔξειν, κατὰ
 τοῦ τυράννου συνίστανται καὶ συσχόντες αὐτὸν προσάγουσι βασι-
 C λεῖ· ὁ δὲ γηθομένῳ ποδι κατ' ἀγένα πατίσας αὐτὸν χειρῶν 15
 ἄμφω καὶ ποδῶν στερηθῆναι κελεύει, ἐπὶ κοντοῦ τε ἀναρτῦσθαι
 πρὸς τούτῳ. ποινηλατούμενος δὲ ὁ δειλαιὸς οὕτως ἐβόα μέγα
 “ἄλῆσόν με, ἀληθῶς βασιλεῦ.” ἔρομένῳ δὲ τοῦ βασιλέως αὐ-
 τὸν εἴ τινες εἶεν κρυφίως συνεγνωκότες τῆς ἀπονομίας αὐτῷ,
 τάχα ἂν πολλῶν κατεῖπε ψευδῶς τῶν βασιλικῶν φίλων· ἀλλ' 20
 Ἰωάννης ἀνὴρ ἐπίκλησιν Ἐξαβούλλιος, ἐν πατρικίαις τελῶν, τὸν
 τύραννον ἐπέσχευε εἰπεῖν, φήσας τῷ βασιλεῖ ὡς οὐ δέον κατὰ γί-
 λων πιστεῖν ἐχθροῖς. ἀλλ' ὁ μὲν τύραννος οὕτως δυστηχῶς

10. ἡρημένων L.

14. συσχῶντες L.

17. πρὸς τοῦτο L.

tem sexumque inutilem eiiceret ex urbe, deinde ipsorum equorum qui fame perierant carnes, easque iam olentes, gustare hortaretur: eoque deventum ut pelles aliaque coria comederent. Ac postremo eorum alii per portas clam egressi, alii de muris suspensis funibus demissi, alii proficiendo se ipsos in terram lapsi, fractis etiam membris, fidem imperatori promiserunt. Sed veniam securitatemque adepti ad Anastasium, tyranni filium falsi nominis, sese conferebant, qui Byzae oppidum occupaverat, indeque bellum inferre per eos imperatori cogitabat, ut scilicet pugnando praestaret desertori facultatem fugiendi. Sed cum imperator cum oppidanis collocutus eis delictorum oblivionem iuratus promisisset, in tyrannum consurgunt comprehensumque adducunt imperatori. Qui, cum laeto pede eius collum calcasset, manibus ambabus et pedibus eum orbari iubet, atque in palo suspendi insuper. Cruciatibus autem exagitatedus perditus ille sic clamabat magna voce, “miserere mei, o vere imperator.” Cumque interrogasset eum imperator, si qui essent occulte conscii eius amentiae, fortasse multos indicasset falso ex imperatoris amicis: sed vir quidam Iohannes Iohannes rognomine Exabullius, patricius, prohibuit tyrannum dicere, affirmans imperatori haud oportere de amicis credere inimicis. Interim tyrannus sic misere finit vitam, mense Octobri iam

καταστρέφει τὸν βίον μηνὸς Ὀκτωβρίου μεσοῦντος ἤδη· εὐθὺς δὲ καὶ Ἀναστάσιον οἱ ἐκ Βύζης, ἐπειδὴ τὸν ἀποστάτην ἔμαθον ἀνηρῆσθαι, πεδήσαντες χεῖρας καὶ πόδας πρὸς βασιλέα κομίζουσιν, ὅντινα δὴ τῇ αὐτῇ τοῦ ψευδωνύμου πατρὸς καταδικά- D
5 ζει ποινή.

Ἐπεὶ δὲ τινες τῶν τοῦ τυράννου τὴν καλουμένην Πάνιον κατασχόντες πόλιν, ἄρτι μὲν τούτου ἀπεφθορότος, εἰς τὸ πολεμεῖν βασιλεῖ διέγνωσαν καταστῆναι, πρὸς ἣν ἔλθῶν ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ καὶ λόγους εἰρηνικοὺς προτεινόμενος οὐδαμῶς πεί-
10 θει καταθέσθαι τὰ ὄπλα, γίνεται δὴ τι θεόθεν σημεῖον αὐτοῖς· σεισμὸς γὰρ σφοδρὸς τό τε τεῖχος κατέβαλε καὶ τοῖς τοῦ βασιλέως τὴν εἰς πόλιν δέδωκε πύροdon· ὃ τοῖς σεισμοσκόποις σημεῖον ἦ-
της, ὅθεν γεγένηται τοῦτο. ἀλλὰ δὴ καὶ Ἡράκλεια ἢ πάλαι Πέρινθος καλουμένη, τὴ τοῦ τυράννου λῆαν νοσοῦσα, πρὸς τὴν
15 διαὶ τῶν τοῦ βασιλέως λόγων θεραπείαν ἀντίσχεν· ὅθεν δὴ τῆς V. 21
ἐκ τοῦ θαλαττίου μέρους τοῦ τεύχους ἐπιδρομῆς τῶν βασιλικῶν πειραθεῖσα στρατιωτῶν ἄλλοσκεταί τε καὶ τῆς τυραννικῆς ἀπαλλάττεται νόσου ἀναιμωτὶ καθάπαξ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ληφθεῖσα. ἐντεῦθεν δὴ βασιλεὺς πάντα κατήκοα λαβὼν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν
20 βασιλίδι πόλιν ὑπονοστεῖ, καὶ ἰππικὴν ἐπιτελέσας ἀμίλλησιν οὐδὲν ἀνήκεστον τοῖς στασιώταις ποιεῖται, πλὴν τοῦ διὰ μέσης τῆς

2. οἱ om. L. 13. ὅθεν] fort. ἐπόθεν. *cladem fore a qua parte ruina facta fuerit.* 18. λειφθεῖσα L.

medio. Mox autem cognito rebellem interfectum, etiam Anastasium ex Byzæ constrictis manibus pedibusque ad imperatorem adducunt, quem eadem qua falsi nominis patrem condemnat poena.

Ceterum quidam ex tyranni assecclis occupata urbe quae Panion dicitur, cum, quamvis modo interempto illo, bellum gerere contra imperatorem statuisent, ad eam urbem profectus imperator Michael sermones pacificos præterdens haudquaquam persuasit ut arma deponeret. Fuit autem divinitus prodigium ipsis: nam terrae motus vehemens simul murum deiecit, et iis qui cum imperatore erant in urbem ingrediendi copiam fecit: quod contemplatoribus et coniectoribus terrae motuum signum est cladis, unde etiam id factum est. Quin et Heraclea, quae olim Perinthus dicta, rebellionis morbo laborans ad verba imperatoris voluntatem erga ipsos declarantia obstinata fuit. Itaque ex maritima parte muri incursionem imperatoriorum experta militum, capitur et rebellionis liberatur morbo sine caede et sanguine ab adversariis occupata. Hinc imperator, postquam omnia sibi subiecerat, in imperatoriam urbem revertitur, celebratisque ludis circensibus nullam saevitiam exercet in rebelles, nisi ut per medium circum manibus post terga vinctis irent, et

ἰπποδρομίας εἰς τὰ ὀπίσω δεδεμένους τὰς χεῖρας ἵνα, καὶ τινὰς ἐθῆς φυγαδεῦσαι αὐτῶν. καὶ οὕτω θριαμβεῦει τὴν νίκην.

Ἐπὶ χρόνου δὲ ἐν ᾧ ἀποστασία προβεβήκει ἡ Θωμᾶ, ἀδεῶς ἀπὸ Ἰσπανίας Ἀγαρηνοὶ ἐδήρουν τὴν Ῥωμαϊτιδα γῆν σὺν δέκα περικαμπέσι ναυσί, κατὰ δὲ τινὰς κ', τρόπῳ τοιῷδε. προσώ-5
 B. χθισαν τῇ χώρᾳ αὐτῶν διὰ τὸ μὴ πιστάτην ὑπάρχειν καὶ εὐφο-
 ρον, καὶ πρὸς τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν εἶπον Ἀπόχασιν “ἄρον ἡμῶς
 τῶν ἐντεῦθεν καὶ ἀπάγαγε εἰς εὐγειον τόπον, καὶ ἐζωῶμεν ἐκεῖ-
 σε.” ὣν τοῖς λόγοις παρακληθεὶς γενναίων ἀνδρῶν καὶ εὐόπλων
 στόλον εὐτρέπισεν, ἐξ ὧν πασῶν νήσων ἐκράτησεν, ὥστε καὶ 10
 τῆς Κρήτης αὐτῆς· ταύτην γὰρ λαῶ ἐζῶνῳ ἐπηρεάσας ἐξηγμα-
 λώτισε καὶ πολλὴν λαφυραγωγίαν εἰσεποιήσατο, καὶ ἀκριβῶς
 ἀναμεμαθηκῶς τὸν χώρον ἐπαλινόστησεν. τῷ δὲ ἐπιόντι καιρῷ
 μ' ναῦς ὁ Ἀπόχασ ἐπισκευασάμενος ἐν ταύτῃ κατῆρε, καὶ τῷ
 ἀκρωτηρίῳ ταύτης προσέβαλε καὶ προσωρμίσθη τῷ Χάρακι. 15
 C. διωρίσατο δὲ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῶ ὅπως ἕκαστος τῶν πλοίων ἀνὰ
 εἴκοσι ἀνδρῶν καταλίποιεν, οἱ δὲ πάντες ἄλλοι εἰς τὸ τὴν νῆσον
 ληΐζεσθαι προχωρήσειαν ἐπὶ ἡμέρας γε ἰβ'. ἀποκινήσαντος δὲ
 τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν, ταύταις ἐνέβαλε πῦρ
 καὶ ὀλικῶς ἐπυρπόλησεν. ἐφευρηκότες δὲ ταύτας ἠθάλωμένας 20
 στασιάζειν κατὰ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν τετολμήκασιν. καὶ ἀπολε-
 λόγητο πρὸς αὐτοὺς ὅτι “τῇ προτεραίᾳ κατεγογγύζετέ μου, ὧ

8. ἐπὶ χρόνῳ L.
 8. δρας B.

14. τῷ] τῶν L.
 17. καταλείπειεν L.

16. εἰς ἕκαστον et ἄν-
 18. προσχωρήσειαν L.

quosdam eorum statim in exilium ageret. Atque sic triumphavit ob victoriam.

Tempore autem quo rebellio Thomae grassabatur, Agareni Hispanici secure et licenter vastabant Romanam ditionem cum decem rotundis navibus, aut secundum alios viginti, hac ratione. Offendebantur sua regione, quod non esset pinguis nec fertilis, atque ad ducem suum Apochapsin dixerunt “tolle nos hinc et abduc in fecundum solum, ut bene vivamus illic.” Quorum verbis permotus strenuis viris et bene armatis instruxit classem, cum quibus omnes insulas in potestatem suam redegit, atque adeo ipsam Cretam. Hanc enim militibus bene accinctis cepit multamque praedam adeptus est, atque accurate recognita regione reversus est. Anno autem sequenti Apochaps navibus quadraginta in eandem insulam navigavit, cumque appulisset ad eius promontorium, stationem cepit ad Characem. Ceterum populo sibi subiecto praecepit ut apud singulas naves vicenos viros relinquerent, ceteri omnes in insulam praedatum discederent ad dies duodecim. Profecto autem populo ad negotium illud suscipiendum, navibus iniecit ignem easque totas combussit. Cum autem invenissent eas combustas, seditionem movere contra ducem ausi sunt. Atque is facti rationem apud eos exposuit, dicens “antea quidem

ἄνδρες ὁμόφυλοι, μὴ μεταναστεύειν ὑμῶς πρὸς εὐζῶταν βεβου-
λημένον· καὶ διὰ τοῦτο ἤγαγον ὑμῶς ἐνταυθοῖ, ἐν ᾧ γάλακτος
καὶ μέλιτός ἐστιν ἀπορρώξ.” οἱ δὲ ἀντεῖπον αὐτῷ “καὶ ποῦ δὴ
τέκνα ἡμῶν καὶ γυναῖκας εὐρήσομεν;” ὁ δὲ πρὸς αὐτούς “ἴστε
5 ὅτι αἰχμάλωσίαν ἑαυτοῖς πλείστην ἠνέγκατε· ἐκ ταύτης οὖν ὑμῖν D
γυναῖκας ἀρμύσασθε.” καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀρεστός ἐφάνη αὐ-
τοῖς, καὶ τοῦ στασιασμοῦ κατενύσθησαν, καὶ πυκνοῖς σκόλοφι
χάρακα περιέθεντο πρὸς ὀχυρότητα ἑαυτῶν διαρκεῖν ἐν αὐτῷ·
ἀφ’ οὗ ὁ τόπος μέχρι τῆς δεῦρο Χάραξ προσονομάζεται. μονά-
10 στης δὲ τις μετέπειτα προσφοιτήσας τῇ νήσῳ ἔφη αὐτοῖς ὅτι
“ἔπερ ὄλωσ ἐθέλοιτε καταδυναστεῦσαι τῆς νήσου, ἀκολουθή-
σατέ μοι· καὶ ὅποι στοχασάμενος παραδειξῶ ὑμῖν ἐπιτηδειότητα
κτίσεως, ἐκεῖσε πόλιν οἰκοδομήσατε, δι’ ἧς τῆς νήσου ἐξουσιά-
σοιτε.” καὶ ἀπήνεγκεν αὐτούς εἰς τόπον καλούμενον Χάνδακα, E
15 ἐν ᾧ ἡ πόλις τούτων καθίδρυται· καὶ ταύτην πέριξ ἐτάφρωσαν.
ἧς ὁ Ἀπόχαψ κυθηγεμόνευσεν, καὶ θ’ καὶ κ’ Κρότσιας πόλεις ἠν-
δραποδίσατο, μιᾶς μόνης μὴ ἀλωθείσης ἀλλ’ ἡ λόγῳ, ἀπολιου-
ρήτου μεινύσης ἕως ἄρτι, ὃ καὶ κεκλήσθαι ταύτην συνέδραμεν,
ἐχόντων τῶν οἰκητόρων αὐτῆς σὺν ἔλευθερίᾳ ποιεῖν τὰ Χριστια- V. 19
20 νῶν εἰθισμένα. ὧν τῆς ἐπιδρομῆς ὁ Θωμᾶς καὶ ἀλώσεως αἴτιος,
Ἀπόχαψις δέ. οὗ παῖς μὲν Σαῖπης ἐτύγγυε, Σαῖπου δὲ Βάβδελ,

1. μεταναστεύειν ἡμῶς L. 2. ἤγαγον ἡμῶς L. 3. ἀπορ-
ρώξ L. 8. πρὸς σχυρότητα L. 19. ἐκόντων L. 21. immo
Ἀπόχαψ τε.

obmurmurabatis mihi, tribules, abducere vos alio ad commode vivendum nolenti: atque ob id adduxi vos huc, ubi lactis et mellis est fluxus.” At illi dixerunt ad eum “ubinam vero liberos nostros et uxores invenimus?” Quibus ille “scitis vos plurimam praedam tulisse: ex hac igitur uxores vobis adiungite.” Atque ista oratio grata ipsis visa est, scditioque inter ipsos sedata. Tum densis palis vallum circumposuerunt ad munitionem ipsis sufficientem; unde locus ille usque ad hoc tempus Charax (i. e. vallum) vocatur. Monachus autem quidam ingressus insulam dixit eis “si omnino cupitis in vestram potestatem redigere insulam, sequimini me: atque ubi coniectura assecutus ostendero vobis idoneum locum ad condendam urbem, ibi condite,” abduxitque eos in locum qui dicitur Chandax, in quo urbs eorum sita est: atque eum fossa ducta circumdederunt. Illi urbi praefuit Aochaps, atque undetriginta Creten- sium urbes subiugavit, una sola non expugnata nisi λόγῳ (i. e. verbo), non revera, ad hoc usque tempus; unde etiam appellari eam contigit Hypologiorum; concessa incolis ut libere peragant Christianorum consue- tas functiones. Illorum autem Agarenorum incursionis et expugnationis urbium Thomas erat causa. Ceterum Aochapsidis filius erat Saipes,

ὅς ἐν Πελοποννήσῳ κατὰ τι θαλάσσης κλυδώνιον πρὸς γῆν σὺν νηϊ τῇ ἑαυτοῦ προσπαρεῖς, ἐν ἡμέραις τοῦ μακαρίτου Λέοντος βασιλέως, τρηκαῦτα δὲ στρατηγοῦντος Κωνσταντίνου τοῦ συνετόφρονος, ἑκεκράτητο, ᾧ τεσσαρακοντάπηγος τὸ ἐπιώνυμον· οὔτινος Βάβδελ ἐτέλει ὁ Ζερκουνης σύγγονος, ὁ πρὸ τοῦ πῦν 5 ἀρχηγοῦ τῆς Κρήτης καθηγησόμενος.

Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νήσῳ Κύριλλος ὁ Θανμάσιος, ὁ Γορτύνης ἐπισκοπήσας τῆς πόλεως, ὑπὲρ Χριστοῦ ὡς ἱερεῖον ἄμωμον B ἔσφαγλαστο. οὗ τὸ τίμιον αἷμα μέχρι τῆς δεῦρο κατὰ τινα χῶρον, καθὼς τινές φασιν, ἀνεξάλειπτον συντετήρηται· καθ' ὃν 10 οἱ εὐσεβεῖς φοιτῶντες καὶ τοῦτο σπόγγῳ ἐναπομάττοντες δι' αὐτοῦ γε θεῖον μύρον ὑδρεύονται καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλοιοῦσι τὸ χρωμα τοῦ αἵματος. ἔτι δὲ καὶ ἡ τῶν τροφίμων σεβαστῶν παιδῶν αὐτῆς ἑβδομάς μετὰ πολλῶν ἄλλων ταφῇ ἀφίερται, ἀναιρεθέντων ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ἀδιστακτοῦ καὶ εἰλικρινοῦς πίστεως. 15

Καὶ δὴ ἔκτοτε κατακεκράτηντο ἂν παρ' Ἀγαρηῶν αἱ νῆσοι, εἰ μὴ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου ἔσχε φιλονεικότερον ἐλευθεριάσειν αὐτάς· καὶ δὴ πολυωρῆσας ἐνδελεχῶς Κρατερῶ τῷ στρατηγῆτι Κυβερειωτῶν ἐνετείλατο πάσας τὰς ὑπ' αὐτὸν C ναῦς παρετοιμάσασθαι καὶ ἀπᾶραι εἰς Κρήτην καὶ σπουδῇ πάσῃ 20 τοὺς ταύτης οἰκήτορας Σαρακηνοὺς ὀλοθρεῦσαι. ὅς ἐκείσε παρα-

1. πελοποννήσω L.
2. τῆς L.

4. ὀτεσσαρακοντάπηγος L.

7. ὁς γορ-

Saipae autem Babel, qui in Peloponneso tempestate quadam maris ad terram cum nave sua allisus, temporibus beati Leonis imperatoris, duce Constantino illo prudente, captus fuit, cui cognomen τεσσαρακοντάπηγος (i. e. quadraginta cubitorum). Huius autem Babel erat Zercunes frater, qui ante istum qui nunc est ducem Cretae praefuit.

Porro in hac insula Cyrillus ille admirandus, qui fuit Gortynae urbis episcopus, pro Christo velut immaculata hostia fait immolatus. Cuius pretiosus sanguis usque ad hunc diem quodam in loco, ut quidam aiunt, indelebilis conservatur: quem locum pii homines frequentantes illumque sanguinem spongiis affricantes per eum divinum unguentum hauriunt et nullatenus colorem sanguinis immutant. Praeterea etiam alumnorum venerabilium et filiorum eius insulae septenarius, cum multis aliis, sepultura consecratus est, qui interfecti sunt pro fide in Christum indubitata et pura.

Et sane ab illo tempore mansissent in potestate Agarenorum insulae, nisi imperator Michael Amoriensis tantopere studuisset eas liberare. Itaque cum esset assidue sollicitus, Cratero praefecto Cybereotarum praecipit ut omnes quas sub se haberet naves instrueret et in Cretam proficisceretur atque omni studio Saracenos eam inhabitantes exterminaret.

γερόμενος σὺν ναυσὶν ὁ κατ' αὐτῶν πόλεμον ἤρεν ἐξ ἀνατολῆς ἡλλοῦ μέχρι τῆς δύσεως, καὶ κατὰ τοσοῦτον αὐτῶν ἐκυρίευσεν ὥστε πάντα καὶ ἀναιρήσειν βεβούλητο. ἀλλὰ κακοὶ ἀρχηγοὶ συνόντες αὐτῷ οὐκ εὐβούλως ἀνέστειλαν εἰρηκότες “ἡμεῖς γε πάν-
 5 τας ὑποπίσαντες, οὐκ ἔτι πάντως οὗτοι τολμήσειαν τοῦ λοιποῦ πρὸς ἡμᾶς ἀντιτάξασθαι. ἤδη νῦν τελέθει, κατὰ τὸν ποιητὴν ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι. δυσπεφόρηκε γὰρ ὁ λαός. ἄγωμεν εἰς τὰς ἡμετέρας σκηνάς, καὶ πρωΐας ἐπιλαμπούσης ἀφιξώμεθα καὶ κατὰσχωμεν αὐτούς.” καὶ δὴ τοῖς ῥήμασιν αὐτῶν φρεναπα-
 10 τηθεὶς πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν σὺν αὐτοῖς ἐπανέλυσεν. μηδαμῶς δὲ πεφροντικότες τῶν πρὸς σωτηρίαν ἀσφαλειῶν, ἀλλ' ὑπτιάζαντες δυστυχῶς πολλῶν τε κόπων κατεννασθέντες καὶ θανάτου ὑπνον ὑπνώσαντες, ἐπελθόντες νυκτὸς οἱ ἔχθροὶ σιδήρειον ὑπνον τούτοις ἐπήγαγον· οὐδ' εἰς τῶν ἐκεῖσε παρόντων τουρμαρ-
 15 χῶν ἢ ἀρχόντων πολεμικοῦ ἐπιβῆναι πλοίου δεδύνητο, μόνον τοῦ στρατηγοῦ αὐτοῦ ἐμπορικῶν ἐπιβάντος καὶ ἀποπλεύσαντος. περὶ οὗ μεμιασθῆκώς ὁ τῶν Ἀγαρηῶν ἀρχηγὸς δυσὶν ὀκλάσι λαβῶν ἐπεβίβασε καὶ αὐτοῦ κατεδίωξεν ὕπισθεν, καὶ πρὸς νῆσον τὴν Κῶ τοῦτον κατέσχεν (φρῆ συμφορᾶς) καὶ ἐν αὐτῇ ξύλω κρε-
 20 μάνυσιν. ὄθεν ἀνέκαθεν καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἢ τῆς Κρήτης V. 23 νῆσος κεκρατάται παρὰ τῶν Ἀγαρηῶν, ἐξ ἧς τοῖς Ῥωμαῖκοῖς ὄροις ἐπισυρρέουσιν.

2. καὶ ante κατὰ om. L.
 14. οὐδεὶς L.

7. κειθέσθαι L.

13. σιδήρειον L.

Qui postquam eo pervenisset cum septuaginta navibus, cum illis bello conflixit ab ortu solis ad occasum, superavitque adeo ut omnes interficere cogitaret. Sed ignavi duces, qui erant apud ipsum, pessimo consilio represserunt eum, dicentes “cum nos universos illos satis afflixerimus, haud amplius audebunt deinceps acie congredi: et iam nox humida caelo praecipitat, secundum poetam, suadentque cadentia sidera somnos. Indignatur enim populus. Eamus in tabernacula nostra, et mane illucrescente veniamus eosque opprimamus.” Atque his verbis deceptus in tabernacula cum ipsis discessit. Ceterum nihil sollicitus de tutanda salute sua, sed supinos malo suo fato magnaue defatigatione sopitos ac mortifero somno oppressos aggressi nocte hostes ferreum somnum illis induxerunt. Nemo ex praesentibus turmarchis aut praefectis bellicam navem conscendere potuit: solus dux mercatoriam nactus enavigavit. De quo certior factus Agarenorum dux duabus navibus viros imposuit, eumque a tergo persecutus est atque apud insulam Co comprehendit (o calamitas!) et in ligno suspendit. Unde ab illo tempore usque ad hodiernum diem Cretae insula tenetur ab Agarenis, ex qua Romani imperii fines invadunt.

Genesisius.

Εἶτα εὐρίσκειται τις πολύφρων ἀνὴρ ᾧτινι Ὁρορυφᾶς τὸ ἐπώνυμον, καὶ προστάξει βασιλικῇ διὰ τῆς αὐτοῦ εἰσηγήσεως ἀθροίζεται ναυτικὸν στρατολόγημα γενναιοῦτατον, οἷς ἀνὰ μ' χρυσοῦ ἐπιδίδουται νομίσματι, καὶ "οὐκ ἄλλως γένοιτο τόδε," εἰ μὴ ταῦτα κομίσουιντο, διηγόρευον. οἱ ὀλκάσιν εὐζώνως ἐπιβατεῖ-5
σαντες καὶ ναύαρχον αὐτὸν κεκτημένοι τὴν ἐλευθερίαν πολλαῖς ἐχορήγησαν· οὗς τεσσαρακονταρίους τὸ ληφθὲν προσωνόμισεν.

Μιχαὴλ δὲ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτοῦ βασιλείας παντελεῖ ἀγροικία ἢ τῇ σκηπτουχία καλλωπιζόμενος περὶ τῶν
B θείων εἰκότων ἐδημηγόρησε τὸ ἐκάστω δοκοῦν ἀπεργάζεσθαι· 10
ἀλογιστείων δὲ μετὰ ταῦτα πρὸς διπλόην ἀποτροπείας, Εὐφροσύνην, Κωνσταντίνου τὴν θυγατέρα τοῦ κατακριθέντος τυφλότητι, μονήρη βίον προσηκαμένην, πρὸς τὰ ἀνάκτορα εἰς γαμετὴν μετηγάγετο, καὶ τὸν εὐαγγῆ Μεθόδιον ἀδικῶς τιμωρησόμενος καθ' εἰρκτὴν ἐφυλύκισε περὶ τὴν νῆσον Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου, 15
καθ' ἣν ὁ Ἀκρίτας ἐγγειοτῶν ἐμφανίζεται, οὗ ἀντικρὺ καταπρῆσαι τοῦτον οἰόμενος. Εὐθύμιον τὸν μητροπόλεως Σαρδιανῶν ἐξηγούμενον Θεόφιλος βουνεύροις χαλεπῶς ἐθανάτωσεν.

Ἐπεβίω μὲν Μιχαὴλ τῇ βασιλείᾳ ἔτη ἡ πρὸς ἐννέα μηνὶν, ἀπεβίω δὲ τῷ δυσουρίας νοσήματι ἐμπεσὼν ἐκ νεφρίτιδος ἐπι-20
θίσειως.

1. ᾧτινι B ὅτι L.

2. αὐτοῦ B, αὐτῆς L.

6. νῆσις

πολλαῖς B.

17. μητροπῆ L.

20. νεφρίτηδος L.

Postea inventus fuit vir quidam prudens, cui cognomen Ooryphas, cuius admonitu iubente imperatore colligitur nauticus exercitus, in quo singulis quadraginta aurei dabantur: nec aliter fieri posse, nisi tantum accipiant, affirmabant. Qui navibus bene instructis vecti ipsumque navarchum habentes libertatem multis insulis praebuerunt. His id quod acceperant nomen fecit quadragenariorum.

Porro Michael imperator initio imperii sui summa morum rusticitate quam sceptro magis sibi placens, de divinis imaginibus concionem habuit, ut quisque quod sibi videretur faceret: sed inconsulte post haec ad verutias conversus, Euphrosynam Constantini filiam, illius qui caecitate condemnatus fuit, quamvis ea monasticam vitam assumpsisset, in regiam duxit pro uxore, sanctumque Methodium iniuste cruciatum in carcere asservavit in insula Andreae apostoli, qua vicinus Acritas conspicitur, ex adversis eius comburere hunc cogitans. Euthymium metropolitam Sardinianorum antistitem Theophilus bubulis nervis vehementer caesum interfecit.

Vixit autem Michael in imperio annos octo et novem menses. Obiit, cum in difficultatem urinae incidisset morbo renum eum invadente.

ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ Γ

ΠΕΡΙ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΥΙΟΥ
ΜΙΧΑΗΛ.

REGUM LIBER III

DE THEOPHILO MICHAELIS
FILIO.

Ὁ δὲ Θεόφιλος τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κληρωσάμενος ἐν ἔτει ,στλγ', V. 24
ἰνδικτιῶνος η', ποιεῖται κατὰ Μαγναύραν σελλέντιον, πάντας
ἐκέτισε χωρεῖν ὁμοθυμαδὸν προτρεψάμενος, καὶ στὰς εἰς μέσον
ἐδημηγόρησεν "ἐπειδὴ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ ὑμῶν βασιλεύς, ὃ ἱερὰ
5 σύγκλητος, ὄρκους με διεβεβαιώκει φορικτοῖς ἀποιχόμενος, τοῖς
συνηγωνισμένοις αὐτῷ εἰς τὸ κατὰ Λέοντος νεανλευμα τῆς ἀγω-
νίας παρασχεῖν ἄξια, οὐ μεθήσειν τῆς ἐντολῆς οὐδαμῶς προτε-
θύμημι." τούτων παρησιασασμένων τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ παρε-
στάσῃ συγκλήτῳ, διαρρήδην αὐτὸς ἐγκελεύεται τῷ ἐπάρχῳ "ὅπερ
10 ὁ νόμος θεσπίζει ἐπὶ τοῖς ἀνθρώπινον φόνου μὴ εὐλαβουμένοις,

Inscr. Βασιλειῶν γ', caeteris in margine positis, om. L.

Theophilus autem paternum imperium hereditate adeptus anno mundi
sexies millesimo trecentesimo tricesimo octavo, indictione octava, in Ma-
gnaura concionem habuit, omnibus illuc ire unanimiter iussis, atque in
medio consistens verba fecit. "Quandoquidem meus pater et vester im-
perator, o sancte senatus, moriens iureiurando me obstrinxit horribili ut
adiutoribus eius in facinore adversus Leonem dignum operae pretium
tribuam, haudquaquam negligere illud praeceptum in animum induxi."
Illis libere professis ad imperatorem et ad senatum adstantem, palam
ipse mandat praetori "quod lex praecipit super iis qui hominis caedem

Β τοῦτο δρᾶν διανύστηθι, ἄλλως τε πρὸς αὐτὸν βασιλέα, ᾧ χρῆσις παρὰ Θεοῦ τῆς βασιλείας ἐπιβραβεύεται.” καὶ τὸ Θεοπισθὲν ἐτοιμῶς ἔξειργασται.

Ἐγκρατῆς δὲ τῶν σκήπτρων Θεόφιλος γεγωνὶς ὄλωσ ἀντὶς κατ’ Ἀγαρηνῶν ἐκστρατεύειν ἐπέγεται, πολυανδρῖα θαρρῶν καὶ ἄριστέων ἀνδρῶν ἐπισυλλογῇ. καὶ γὰρ εἶχε μεθ’ ἑαυτοῦ καὶ Μανουὴλ τὸν γεννάδαν τῶν Ἀρμενίων, οὗ κλέος τῆς ἀνδρείας κατὰ πᾶσαν Συρίαν καὶ Ῥωμιαϊκὴν ἐπικράτειαν, πολλῶ δὲ μείζον καὶ εὐσεβείας, καθ’ ἣ ἡ τῶν πραγμάτων παραδηλώσει ἀλήθεια, σὺν C αὐτῷ καὶ τὸν ἐκ Περσίδος Θεόφοβον, ἄνδρα Θεοσεβῆ καὶ πολ-10 λῆς ἐχόμενον ἄρρενωποῦ καὶ παλαιῆς λογιότητος, ὡς πάλαι Μωυσῆς Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ καὶ Χάλεβ τοὺς γενναίωφρονας, καὶ τούτοις τῇ καθ’ ἡμᾶς εὐσεβείᾳ οὐ Θεοφιλῶς ἐπεκέρητο· δι’ ὧν ποτὲ μὲν τῶν ἔξ Ἄγαρ κατίσχυε, ποτὲ δὲ τῶν δυστυχημάτων ἀντιέχειο, ἀφρόστοις Θεοῦ προμηθεύσει τοῦ πάντα σοφῶς δι-15 V. 25 θύνοντος. Ὅθεν τῶν Ἀγαρηνῶν ποτὲ περιγεγονότων τοῦ βασιλέως, ἐπέπερ νίκη Θεοῦ ἐν γόνυσι κίται, καθ’ ἧπερ ὁ ποιητῆς ἀπεφῆγατο, μόλις παρ’ αὐτῶν διασέσωστο, εἰ καὶ πολλῶν τῶν Περσῶν διὰ γε τὰς ἡττας τοῖς Ἀγαρηνοῖς προυσιτίθεντο, κἂν ἐπιυλιόστουν τῷ ἄνακτι, αὐτὸς ὀπηνίκα πρὸς ἀντιπάλους ἔξῃει, 20 οὐχ ἦκιστα τῷ στέργειν αὐτοὺς τὸν Θεόφοβον.

1. χρῆσις B.

4. ὄλιος L.

7. γεννάδα L.

12. ναυῆ L.

ibid. fort. καὶ τούτων τῇ. Berglerus expressit ἡ — εὐσεβεία, postea religio.

18. πολλοὶ B.

21. τῷ στέργειν B, τὸ στέργειν L.

non verentur, ad id exsequendum surge, praecipue ipsius imperatoris, cui divinitus id datum ut sit unctus domini.” Itaque ut praecceptum ita prompte perfectum fuit.

Porro potitus sceptro Theophilus omni studio adversus Agarenos expeditionem parat, multitudine virorum fretus et coetu fortissimorum hominum. Ktenim habebat secum Manuelem etiam illum strenuum ex Armenia, cuius fortitudo celebrabatur per omnem Syriam Romanamque ditionem, sed multo magis pietas in deum, prout rei veritas declarabit; cum illo et Theophobum, pium virum multaque praeditum virili et antiqua facundia; quemadmodum olim Moses Iosnam filium Num et Chaleb strenuos viros secum habuit; quanquam horum pietate christiana non ad placitum dei usus est: per quos aliquando quidem Agarenos vicit, aliquando autem calamitates et clades accepit, imperscrutabili dei consilio omnia sapienter gubernantis. Unde cum Agareni aliquando viciissent imperatorem, quandoquidem victoria in manu dei est, aegre ab illis evasit incolumis, quamvis multi ex Persis propter clades ad Agarenos deficerent, qui tamen redibant ad imperatorem, cum ipse adversus hostes proficisceretur, eo potissimum quod ipsi diligenter Theophobum.

